

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Pontani De Immanitate**

**Pontano, Giovanni Gioviano**

**[S.l.], 1519**

De immanitate Ioannis Ioviani Pontani de immanitate liber ad Hieronymum  
carbonem patritivm neapolitanvm

[urn:nbn:de:bsz:31-270824](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270824)

De immanitate Fol. I.  
IOANNIS IOVIANI PON

TANI DE IMMANITATE LIBER

AD HIERONYMVM CAR-

BONEM PATRITIVM

NEAPOLITA-

N V M.



Aluianus Gallicæ gentis Epi  
scoporꝝ magister: Hieronymus  
Carbo: patritie Neapolitanæ:  
de Christo ita scripsit: rebusq;  
Christianis: vt nihilominus hi  
storias plurimas: resq; tempo  
rum illorũ gestas ipsdem & cõ  
iunxerit: & inter differendũ ex  
plicauerit. Dum em̃ dei opti  
mi maximi res: mysteriaq; admirabilia compro  
bare nititur: & suorum & præteritorum temporũ  
res in exemplum adducit. Nos vero & si de Deo  
prima (vt dici solet) fronte minime scribimus: ta  
men de moribus scribentes hominum: Deo de  
ipso scribimus: cui nihil carius est: nihil acceptius  
q̃ quod de proba perfectaq; hominis institutio  
ne præcipitur: moribusq; componendis. Quid  
enim e viuentium numero: maiori illi curæ est:  
aut quid ab eo peculiarius q̃ homo & diligitur

Saluanus  
scriptor

Scribentes de  
moribus ho  
minum, de  
deo scribunt.

& fouetur: Quo autem scribendi consilium om-  
 ne meum manifestius tibi pateat: sic habeto: de  
 Quomodo moribus apud Latinos scripsisse Ciceronem: qui  
 apud latinos de moribus scripserit Ci-  
 ceio id solum mihi secutus videtur: vt actiones quę &  
 quales esse debeant: ostenderet: summa cum elo-  
 quentia: cuius ipse facile habendus est & magis  
 & princeps. Cœterum definiendis virtuti-  
 bus: explicandis earum principijs: inumbrandisq;  
 imaginibus: nihil eum prorsus curę aut studiij  
 impendisse: vt practicas hoc est actiuas tantum  
 res visus sit velle edocere ac complecti: ac si sena-  
 torij consularisq; hoc tantum esset viri: munerisq;  
 dignioris: Theoreticas autem res exequi plębæ  
 cuiuspiam hominis: ac tanq; in ocio marcescen-  
 tis. Apud Gręcos vero Theoreticam hanc institu-  
 tionem ita executum esse Aristotelem: vt actiua  
 ab disciplina omnino recesserit: & si in illo edo-  
 cendi genere maxime diligens ac consumatus ap-  
 paret. Post Ciceronem e nostris Senecam multa  
 quidem: maximeq; vitę hominum vtilia & com-  
 moda edisertasse: cœterum oratorio magis more  
 exhortari ad virtutem honestas que ad actiones  
 legentem: q; vt quę dicat contenderit certis ac  
 sibi constantibus rationibus comprobare: aut  
 de principijs ipsis acutius disputare & quærere:  
 multa tamen admirabiliter loqui: cohortari que  
 acerrime ad bene viuendum auditores: deterre-  
 re que a vicijs: vt libri eius: vt præcepta ab eo tra-  
 dita: vt deniq; quę ab illo in medium afferuntur:

Apud Gręcos  
 Aristoteles.

Quo modo  
 Seneca

exempla: stimuli sint quasi quidam ad honeste a-  
 gendum: ciuilesq; ac domesticos ad mores: actio-  
 nesq; vite totius sic administrandas: vt beate simul  
 ac tranquille vitam hanc ducentes: felicitate qui-  
 dem ipsa vel fruamur adepti: vel consequendam  
 ad eam q̄ proxime accedamus. Nos igitur sumos  
 & imitatione dignos viros cum intueremur: ab  
 adolescentia vsq; id iudicauimus: quod post exe-  
 cuti etiam sumus: singulari esse laude dignū: plu-  
 rimumq; humano quoc; generi collaturum: scri-  
 ptitandis rebus moralibus tria hęc simul comple-  
 cti: vt cognitio principiorum ac virtutum ipsa  
 rū per definitiones speciesq; suas ac differentias:  
 quod Theoreticæ est contemplationis: vt practi-  
 ca exercitatio: vsusq; ipse viuendi: id est qui & qua-  
 les actus ipi esse debeant: ostenderetur: vtq; ad  
 confirmandos animos: & exempla adiungerent:  
 & sententiæ auctoritatis plenæ: dictaq; ac facta  
 clarissimorum virorum: nostraq; dignorum imita-  
 tione atq; obseruantia. Quod in libris vbiq; no-  
 stris: pro virili tamen conati sumus assequi: quos  
 hactenus de obedientia scripsimus: de fortitudi-  
 ne: de liberalitate: de magnificentiâ: ac splendo-  
 re: de magnanimitate item: ac prudentia: nuper  
 etiâ de fortuna. Idem hoc ipso in libro sequimur:  
 qui est ad te quanq; humanissimum quidem ho-  
 minem de immanitate: quæ summa est inhumani-  
 tas: omnisq; omnino rationis expertis: postremaq;

Tria cōple-  
 xus est Pon-  
 tanus in scri-  
 bendis rebus  
 moralibus.

Libri Pon-  
 tanus de morib;  
 scripti.

Immanitas

ab illa abalienatio. Necq̄ em̄ veremur ne tute ipse titulo offendare: quasi non materia in qua fortes versantur viri: sint vel summa etiã pericula ac mortes: quæ natura ab ipsa exhorreantur, An non de trahere immanitati: insectariq̄ ferinos mores: hoc ipsum est ad humanitatem aut nolentem impelle re: aut exhortari vel sponte ad eam proficiscen- tem: quæ quidem ipsa nec docenti mihi: nec au- dienti timenda sunt tibi, En astat pugnanti tibi ad latus Eremita Ægidius: qui te & hasta tueatur: hostem propellens: & clypeo muniat a vulneri- bus, cuius ea vox inter Christianos est: ea auctori- tas: tanta in dicendo vis: diuinarum humanarūq̄ rerum tantus vsus: peritia tam eximia: vt Hectore hoc ppugnatore & saluo: nihil tibi omnino me- tuendum sit: aut non audendum potius: ac vel for- tissime incipiendum.

Nunc Cardi-  
nalis: nup̄ ad  
Cæs. Maxi-  
mil. Leonis  
Pont. Maxi.  
nuncius.

## SCHOLIA SPIEGELLIANA.

Saluianus  
presbyter.

Saluianus. Hic fuit Massiliensis Ecclesiæ presbyter, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in sæcularibus literis suffi- cienter instructus, Episcoporum sui temporis magister, ad quos multa vt & varia alia opuscula scholastico tamen & aperto sermone scripsisse dicitur, vt Trittenheimius in libro de ec- clesiasticis scriptoribus refert, Claruit sub Zenone Imperato- re, Anno domini CCCCLXXX.

Magister e-  
piscoporum

Episcoporum magister, Quem nostræ ætatis præfules rari- us admittunt, vt qui honorem, gloriam, & non opus desi- derarint. Cum tamen Hieronymo autore magis consuetudi- ne q̄ dispositionis dominicæ veritate præfbyteris sint maio-  
mus.

res, & in commune debeant ecclesiam regere, imitantes Moy Episcopi cō-  
sen, qui quum haberet in potestate solus p̄esse populo Israel fuerudie ma-  
septuaginta elegit, cum quibus populum iudicaret. Quod ad iores presby-  
noratum est a Cœlio lib. antiq. lect. 10. cap. 3. In scholiogra-  
teris.

Rhodigi-  
nus.

phis gr̄cis ita legitur. Quos ad sibi subditas obnoxiasq; ci-  
uitates mitterent Athenienses spectatum, quid in quaq; fieret,

Cicero.

Episcopos fuisse vocatos ac phylacas. Ad hunc modū Cicero  
ad Atticum scribens, vult inquit, me Pompeius esse, quem tos  
ra Campania & Maritima ora habeat Episcopū, ad quem des-  
lectus & negotij summa referatur, Scipionem item Africānū  
a senatu missum esse Episcopum gentiū Regumq;. Plutarchus  
scribit, Arcadius Iureconsultus Episcopum intelligit pani &  
cæteris uenalibus p̄fectū, quæ ad quotidianū spectent victū.

Qui fuerint  
episcopi a  
pud gentes

Prima fronte.

Plutarch.  
Arcadius

Ut dici solet. Non a latinis modo, quibus est adagium fre-  
quens, sed & gr̄cis. Plato enim illo in conuiuio est vsus. Sa-  
pit autem prouerbij prima fronte, item prima facie maxime,  
quum ad res incorporeas refertur. Chilia des ad Erasimicas.

Plato

Rotero-  
dam.

**Hominis institutione.** Nisi enim natura hominis quum  
sit quædam res cæca vsu, ratione, disciplinaq; moderetur, ni-  
hil pene distabit a pecude. Vnde iuuentus imprudenter educa-  
ta immanior erit omni ferocissima bellua, vt dixit Chryso-  
mus. Et Lactantius cap. 2. lib. 6. tradit, inter omnia, quæ ad cul-  
tum dei pertinent, p̄stantissimū esse, homines ad veritatem  
& iusticiam erudire. Nihil enim sancta & singularis illa maie-  
stas aliud ab homine desyderat, q̄ solam innocentiam, q̄ si  
quis obrulerit deo, satis pie religioseq; litauit. Idcirco eo ipso  
autore, maiori in gloria philosophi, q̄ oratores fuerunt apud  
Græcos. Illi enim recte viuendi doctores sunt existimati, quæ  
est longe p̄stabilis, quoniam bene dicere ad paucos perti-  
net, bene autem viuere ad omnes.

Homo insti-  
tuendus.Chrysol.  
Lactant.

Et diligitur. Et quid mirum? Propheticum illud nouimus  
omnes. Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me.  
Et fouetur. Nempe cuius causa a Deo videntur omnia pro-  
ducta, Sic enim Deuteronomi cap. 4. legimus. Ne forte ocu-  
lis eleuatis in cœlum, solem videas & lunā & omnia astra cœ-  
li, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit deus tuus  
in ministerium cunctis gentibus.

Psalmo.  
graph.Deutero-  
rom. 4.

**Theoreticas res.** Hoc est speculatiuas, Scientia theoretica

Scientia theo-  
retica est tri-  
plex.

b ij

### De Immanitate.

id est speculatiua, quæ est cognitio rerum diuinarum & humanarum in treis partes a philosophis diuisa est, in physicam, id est naturalem, Ethicam id est moralem, & Dialecticam id est disputatricem.

Principia uirtutum. Earum principijs. Quæ tria sunt, Intellectus, uoluntas, appetitus. Totidem etiam numerantur principia operationum humanarum, quæ sunt potentia, habitus, & affectiones.

### De Vicio ac de Virtute: itemq; de immanitate.

Virtus honesta.

**V**irtutem qui de ea scripsere: aduersari vicio volunt: quippe quæ honestatem sequitur: quæq; homine dignæ sunt actiones ac negocia: secq; in rebus administrandis omnibus: perinde ut recta dicat ratio: publice priuatimq; & instituat: & informet. Longe autem secus viciu: cum ad inhonesta quidem delabatur ac turpia: rationem ipsam vel aspernetur ac defugiat ut partim omnino obediens: vel insultet illi: improbecq; infectetur eam: ut violentum & insolens. ut quantum illa hominis excellentiæ dignitatis adiungat ac nominis: tantum hoc de laudibus eius demat: adijciatq; infamiæ. Quocirca laudari virtutem: & pleno passim ore commendari videmus: contra improbari viciu: ut homine indignum: ac naturæ eius nullo modo consentaneum: cum illius propriu sit rationem sequi: ad illamq; in cunctis sese adiungere: eiq; inhaerere. Coeterum & inuenti sunt: & inueniuntur quotidie: atq; vti nã singulae pene domus ijs essent refertæ: qui relicta

Viciu infames efficit.

Proprium hominis.

rationis via: hominem ipsum exuant: ac mores in  
 duant naturamque ferarum. Quod si vitium est: a  
 ratione: eiusque ab usu institutioneque auersio: pro  
 fecto qui ad belluarum naturas feritatemque prola  
 buntur: alia quam vitiosorum sunt hominum appella  
 tione aut obiurgandi: aut insectandi. cum vitia ipsa  
 hominum tantum sint: ferarum vero truculentia  
 atque immanitas. Sed nescio quomodo truculentia  
 magis ad saevitiam referenda est: immanitas ea cum  
 etiam magis complectitur: quae humanitate ab ipsa  
 abhorreant: in sintque tantum belluis. quibus quae im  
 petu solum ferantur: ignorata prorsus ratione: quae  
 nulla illis a natura tributa est: feris sit nomen indi  
 tum: ac belluis. quippe quae rapinis tantum inhient:  
 ac violentijs: quae bellorum sunt propriae. Cum igitur  
 de virtutibus ac vitijs abunde sint a nobis multa  
 literarum mandata monumentis: pars ea nequaquam  
 digna visa est: quae a nobis negligere: quaeque nul  
 lis adhuc latinis a scriptoribus: ignorem quae a grae  
 cis: plane fuerit aut animaduersa: aut attentata. Ita  
 quae ad alia quoque volumina & hoc accedet quod est  
 de Immanitate: ut quantum illa ad virtutem horten  
 tur: agendi que honestatem ac laudem: tantum haec ab  
 immanibus deterreant actionibus: auocentque a fe  
 rarum aueritate & impetu. Quid autem nomine  
 ipso significari Immanitatis velimus: quo notius  
 id fiat: exemplo quasi quodam ante oculos posito  
 demonstrabimus: ut inde definitio ipsa explica

Definitio vitium.

Vicia sunt hominum.

Truculentia & immanitas ferarum.

De immanitate nullus latinorum scripsit.

Quid nomine immanitatis accipiendum est.



De Immanitate.

tius intelligat: imagine rei ipsius exposita: & pene  
dixerim magis magisque coloribus adumbrata.  
**Cupiditas.** Inest homini: eaque communis est cum belluis cupi-  
ditas: atque alendi corporis studiū: rerumque etiā ve-  
**Titillatio.** neris: quarū quidem titillatio insita est animanti-  
bus cunctis: propter generis procreationem ac prope-  
tuitatem. Vtrique autem appetitioni ab hominibus quae-  
dem ipsis: ratione & duce & comite: imposita est  
**Alimonia.** lex quaedam: praefinitaque & certa ac determinata re-  
gula: quā vniuersi sequeremur: quo rei Venereae  
meta praefixa esset sua: itemque cibationi ac potui: quae  
vno nomine alimonia est vocata. Igitur vesca hu-  
mana carne: hominesque ipsos hominum sanguine  
sedare solent: cumque equabus misceri ac pecudibus:  
hoc ut tetrū & ab homine alienū: abominandūque:  
immane ducimus: censemusque ad immanitatem  
referendū: neutique vero ad viciū: cum illa ferarū  
**Virtus me-** prorsus sit: hoc tantū hominū. Ad haec cum virtus  
**diocritatem** sequatur mediocritatem: quaeque recta sunt atque hone-  
**sequitur.** sta officia: secus autem viciū & defugiat illa: & auer-  
setur: nimirum scelera haec qui sequantur: non tantū a  
mediocritate recedunt longius: ipsaque ab honesta-  
te ac rectitudine. verū perinde ac belluae ignora-  
re illam se fatentur: exutaque vel abiecta potius ho-  
**Cola homo** minis natura ac ratione ad feras transeunt. Quod  
**cur piscis di-** factitatū videtur ab Cola Pisce: homine Siculo: qui  
**ctus.** relicta humana societate omnem feram vitam ab ipsa  
pueritia in mari egit atque inter pisces. Quae re fa-

etum est illi Piscis agnomentū: vt non hominis  
 mores tantū exuerit: verum etiā ipsam pene effigi  
 em: liuidus: squamosus: horridus. Quocirca imma-  
 nitati qui se tradiderint: hi pstrata hominis natu-  
 ra: ab impetu rapiunt: belluarūq; ab impotentia  
 ac rapacitate. Qui enim viciū sequit: is a recto tan-  
 tum honestoq; recedit: at qui immanitatē: ab ho-  
 mine ipso prorsus abiens ad feras transit: belluinā  
 q; naturā. Nec vero immaniū hominū vnū est ge-  
 nus: aut vna immanitatis species: verū ea multimo-  
 da est: nec vna tantū in re: verū in pluribus ac di-  
 uersis nota: quemadmodū a nobis nō solū per ge-  
 nera ipsa: verum etiā per species declarabit. cum  
 vnus idemq; vix omnis eius partes fuerit comple-  
 xus: exq; toto eam affecutus: sicuti etiā in auaritia  
 vsu venit. Quid q; ea que vicia appellanē: aut ab  
 excessu ea existunt: aut a defectu: vterq; em in a-  
 ctionibus versatur. Immanitas aut ab horum neu-  
 tro videtur originem ducere. Vbi enim in belluā  
 ex homine fit transitio: omnis protinus abiicit me-  
 diocritas ac modus: que quidem tantū sunt homi-  
 nis: minime vero pecudū: earūq; sanguinolentare.  
 Hæc aut pluribus quidem in hanc a nobis senten-  
 tiam dicunt: quo plane: magisq; ac magis intelli-  
 gatur. Immanitatem viciū omne supergressam es-  
 se: minimeq; vicij appellatione comprehendī: quip-  
 pe cum ne habitus quidem satis recte dici queat:  
 cum habitus ipse sit aut vicij aut virtutis. At dixit

Immanitatis  
 gen<sup>9</sup> aut spe-  
 cies multi-  
 plex.

### De Immanitate.

rit fortasse quispiam deprauatā eam esse voluntatem. non inepte sane hoc quidem. Sed cum voluntas vnus sit hominis: per immanitatem autē transeat ad ea quę sunt bellug: videndū est ne non sit exacte: satisq; explicate atq; apposite dictū. Cum ea pars sensus quę rationi se accōmodat: & vicia & virtutes excitet: hæc vero ipsa: tantaq; cōmotio: maiorq; quædā atq; impotentior libido videt ad partem illam potius referenda: quę a ratione modis omnibus auersa est atq; aliena. Itaq; cōmode fortasse atq; e rei ipsius natura: si dixerimus: immanitatem ferinū quendā esse viuendi impetū: in satiabilem ut hominis appetitionem: prostrata ratione ac voluntate: eaq; prorsus abalienata a recto honestoq;. Hæc autē ipsa quę sint eiusmodi: actiones tamen ipsę licet ferarum sint similes: solius tamen cum sint hominis: nimirū sic videtur finienda immanitas: vt ea sit habitus quidā hominis ab omni prorsus humanitate ac mediocritate seiunctus: verseturq; circa dolores ac voluptates e feritate prouenientes. Habitus autē huic contrarius qui sit: re ipsa facilius intelligit: quā vt nomine explicet suo. Siquidem immanitas cū sit priuatio: vt iniusticia: vt inconstantia: harū contrarius habitus iusticia est ac constantia. At manitas in nullo est dicendi vsu: cum ea tamen ipsa priscis illis seculis fuerit: apud quę manū erat bonū: vnde manes dicti: & diei ipsius prima pars mane. Ni forte ab usu

Definit immanitatem

Manitas  
Manum  
Manes

quodam: & a propinquitate quasi quadā humanitatem ei velimus e regione opponere. vt quantū immanitas ipsa ab vlu recedit dignitateq; hominis ac natura: declinatq; ferinos ad impetus: tantum humanitas ipsa ex aduerso: belluarū abhorreat a feritate appetitionibusq; teterrimis: sequatq; ea complectens cuncta que sint maxime homine digna & ppria: rationiq; qua præditus est ex animantibus ipse solus: consentanea atq; accōmoda. Cuius contrarium habitum qui sint consecuti: immanes ipsi dicantur.

Laudari virtutem. Q; q; vt Christianus cecinit Maro.

Bap. Mā  
ruan.

De virtute loqui minimum, virtutibus vti

De virtute  
loqui mini-  
mum est

Hoc Sansonis opus. Circa enim humanam vitam (vt admonet nos Aristoteles) minus uerbis q; operibus creditur, Quoniam opera sine verbis laudi dantur & sunt ad promouendos aliorum animos efficacia. Verba vero sine operibus non modo non prosunt, sed & uehementer officunt, vitamq; reddunt detestabiliorem.

Aristot.

Pleno ore. Sic dixit, vt Cicero plena manu ad Atticū scribens, At hercle alter familiaris tuus Horatius, q; plena manu q; ornate nostras laudes in astra sustulit.

Pleno ore  
Plena manu

Tullius.

Cum virtus sequatur mediocritatem. Intelligendum est de virtute morali, que ex electione hoc est ex operationibus per electionem factis proficiscitur, Vnde definitur virtus hec esse habitus electiuus in mediocritate consistens ea, quæ ad nos est definita ratione. Iure autem virtus pposita est moderandis affectibus, cum proprium munus sit eius, a medio non recedere, illorum vero proprium fluitare atq; diffuere motu atq; exagitatione sua, expectareq; moderatorem, nunc qui auat, incendatq; remittentes sese, nunc qui retineat exultantes. Erunt igitur & actiones quoq; mediocres, ipsum vt assequantur medium. Nam & in actionibus non aliter q; in affectibus ratio

Virtus est

## De Immanitate.

Ratio eadem est tenenda, ut medium in illis quoque retineatur, quippe quæ actiones ipsæ nunc vehementiores, nunc e contrario remissiores, maximeque degeneres esse contingat, Itaque & propter naturales affectus, in quibus moderandis virtutes versantur, & propter actiones quæ ipsas constituunt, in quibus utrisque defectus atque excessus vsu veniunt, necessario virtus in medio constituitur, sectaturque, & dum afficimur & dum agimus omni e parte mediocritatem, quæ inter parum constituitur ac nimium. Assequemur igitur mediocritatem hanc in agendo si nos ipsos & considerauerimus & metiemur, si illos quibuscumque agimus, si rem, facultatem, personas, tempus, locum, patriam, urbium gentiumque instituta, mores, leges, civium artes disciplinasque, hominum item opiniones ac iudicia, si modi quoque ac mensuræ pensum habuerimus. Ad hæc, si bene ipsi intelligimus, quibuscumque in actionibus, quid, quantum, quomodo, quando, qualiterque oporteat, sitque quousque etiam progredendum. Prima enim actione in omni delectus suscipienda est cura, primarumque ad virtutem contententis viri studium est atque observantia deligendi. Vbi enim delectus ratio parum habebitur ac decori, manca prorsus ipsa etiam erit actio, ineritque illius in facie (ut dici consuevit) nevis vel potius maculosa catrix ac foeda. Est autem huius ipsius mediæ, tum perscrutandi, tum etiam iudicandi munus atque officium, rationis eius, quæ e peripateticis recta dicitur, quo in campo versat prudentia, cuius quidem colendi atque exercendi cura ad virtutem hanc potissimum pertinet, vel eius potius est tota, agnominaturque inde recta, quod quid rectum sit & quale, omnimodum rimatur atque perquirat studio, deque eo iudicium suum profert. Est autem rectum, ut pro subiecta illud materia desiniamus, quod neque in dextrum neque in sinistrum, sed tractum ipsum suum sequens nullo modo declinat. Cum enim quacumque in magnitudine plus sit & minus constituere, in his quæ ad animorum affectus, atque ad virtutem pertinent, in dextra, quod sit pars ea viribus prædita maioribus, quod est nimium, hoc est excessum collocamus, sane quæ violentum atque in compositum vitium. In sinistra defectum, quæ quum imbecilla sit & frigida, & vitium quoque ipsum eiusdem videtur esse naturæ, ut ob imbecillitatem atque remissionem, aut absteineat omnino homine dignis præclarisque ab actionibus, aut si agendum aliquid susceperit, vel ignaviter illud exequatur, vel turpissime destituat, deseratque inceptum.

Naturales  
affectus mo-  
derantur vir-  
tutibus.

Ut medio-  
citas asse-  
quenda.

Ratio recta.

Prudentiæ  
partes

Rectum quid.

Reformidat igitur defectus, audet, confiditque plus nimio excessus, illius causa est metus, huius confidentia atque temeritas. Defectus  
 Virtus igitur utriusque naturam animaduertens, & frænum ad Excessus  
 hibere fiducia, moderarique eam nititur, impetu coercito, &  
 metui addit stimulos, calefacitque eius frigiditatem, atque imbe-  
 cillitatem confirmat. Accomodatissime igitur dictum est vir-  
 tutem in medio versari, neque ab illo deflectere, quod ratio ipsa  
 medium docuerit. de quibus omnibus Pontanus lib. 2. de pru-  
 dentia copiose disserit.

Quam ut nomine explicetur suo. Sunt tamen qui tra-  
 dunt heroicam virtutem immanitati esse contrariam, eosque qui Heroica vi-  
 hac virtute mortales supercellunt, heroes, sanctos, diuos que tus  
 nominant. Heroes.

An qui parentes occiderit: sta-  
 tim sit immanis?

**H**Ac autem in questione: potissimumque hac in  
 parte querendum videtur: cum habitus ipse  
 frequentes præ se ferat actiones: ut usque con-  
 tinuationem: an qui patrem impie occiderit: aut  
 matrem: e uestigio ille quidem hoc vno: quantum  
 detestabilissimo scelere: factus sit immanis? Vide  
 licet non & Alexander ille Macedo: vna pugna Alexander  
 qua Dareum vicit regem: tota positus est Asia?  
 Quis nam: quis obsecro nisi vnum habet præm:  
 aut vnam matrem: quasi non qui paterno: aut ma-  
 terno scedauit se sanguine: præ se ferat aduersus ho-  
 mines cæteros omnis generis grassationem indi-  
 scriminate exercitatur: atque sicam? Quod Nero Nero  
 quidem præstitit matre cæsa: fratresque veneno subla-  
 to: ac si plures ipse aut matres habuisset aut fratres  
 & iterum & tertio manus illas tam nefarias illorum  
 cædibus contaminaturus quas in uxorem etiam

De Immanitate.

gravidam contaminauerit: aliasq; tum mulieres:  
tum viros ex necessarijs ac propinquis. Vnū itaq;  
huiusmodi facinus vt maxime rarū: vt summe  
detestandū execrandūq; plus sæuitiæ secum affert  
ac sanguinolentiæ: q̄ in gregem plurimorū homi-  
num exercuisse carnificinā. At dicet aliquis eius-  
modi scelera plerunq; afferre solere facti subitam  
pœnitudinem, quod nequaq; inficiamur: consue-  
se accidere tamen: vt magnanimitati permultę con-  
iunctę sunt virtutes: sic & immanibus perq; mul-  
ta etiam comitant vicia: flagitiosissimi ipsi q̄dem  
deprauatorū animorū satellites. Nam & inconti-  
nentes (vt de Medea tradit Ouidius) vident me-  
liora: probantq;: sequunt tamen deteriora. Itaq;  
si quando pœnitentia ipsa facti animū mœrore cō-  
ficit: quod naturæ quidem ipsius munus est pro-  
prium: insitæq; a natura rationis: id quod Poetæ  
ipsi innuunt: cum Alcmeonem maternis vmbri-  
vexari solitū referunt: tamen ferinus ille: ac maxi-  
me rabidus impetus & rationem pessundat: & q̄d  
suum est: ad illud rursus libens ac volens rapitur.  
Enectis parentibus Iulianus ita de cœtero vixit:  
ea adhibuit piacula: vt suū post obitum merito fu-  
erit inter diuos a Christianis relatus. Ignorans Iu-  
lianus patrem sustulit: suspicatus adulterū: ac nihi-  
lominus patricidæ nomen sanctitas ipsa auferre  
illi nullo modo quīit. Et habitus quidem eiusmo-  
di est: qui & si non facile: auferri tamen queat: &

Immanes  
multa comi-  
tant vicia.

Habitus

in meliorem a deteriore conuerti. Quod e Chri  
ftianis plurimi fecere: & quotidie faciunt: vt qui  
relicta militia: aut opificijs: impuroq; aliquo vitæ  
genere: in claustra religionis tanq̄ tutiffimū in por  
tum fele transferunt vitā illic summa cum integri  
tate agentes ac sanctimonia.

Tradit Ouidius. In principio. 7. metamorphoseos. fingit  
Medeam consultantem an deserto patre patriq; solo natali  
quem Iasonem peregrinum efflictim deperibat sequi debeat,  
quæ tandem amoris perturbatione victa succubuit affectui. Al  
ternant vices nunc ratio, nunc affectus, Quos eleganter poeta  
exprimit hoc modo.

Excute virgineo conceptas pectore flammæ,  
Si potes infelix si possem, sanior essem  
Sed trahit inuitam noua vis, aliudq; cupido,  
Mens aliud suadet, video meliora proboq;  
Deteriora sequor. Quid in hospite regia virgo  
Vreris, & thalamos alieni concupis orbis?  
Hæc quoq; terra potest qd' ames dare. Rursū  
Quem nisi crudelem non tangat Iasonis ætas  
Et genus & virtus, quem non (vt cætera desint)  
Forma mouere potest: certe mea pectora mouit.  
Ergo ego germanam fratremq; patremq; deosq;  
Et natale solum ventis ablata relinquam:  
Nempe pater seuuus, nēpe est mea barbara tellus,  
Frater adhuc infans, stant mecum vota sororis.

Deinde se ipsam hortatur.

Quid tuta times? accingere & omnem  
Pelle moram, tibi se semper debebit Iason  
Te face solenni iunget sibi, perq; pelagas



De Immanitate.

Seruatrices vrbes matrum celebrare turba,  
Coniugium ne putas, speciosaq; nomina culpæ,  
Imponis Medea tuæ: quia aspice quantum  
Aggrediare nefas, & dum licet effuge crimen.

Amphiarauus  
Adrastus  
Polynices  
Euriphyle.  
Alcmeon

Cum Alcmeonem. Amphiarauus ab Adraſto Argiuorū Rege ad expeditionem, quam aduerſus Thebanos parabat, ut Polynicem generum in regnum Thebanū reſtitueret, accitiſ ſe iterum negauit, quia, quum Apollinis eſſet antiſtes ( vt ſcribit Laſtantiuſ in primo cōment. Theba. ) animaduerteret ſe illic periturum, occultauerat autem ſe nemine conſcio præter Euriphylem vxorem. Cum ergo queſitus non inueniretur tandem promiſſum eſt monſte Euriphyle ſi indicaret, illa ab auaritia victa indicauit. Coactus eſt Amphiarauus in bellum proficiſci, atq; in primo concurſu vna cū equis, curruq; a terra abſortus eſt. de quo Papiniuſ ad finem ſeprimi. Alcmeon autē filiū, vt patrem vlcifceretur matrem paternæ necis cauſam in terfecit. Maro. moeſtāq; Euriphylem crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.

Lactantius.

Enectis parentibus Iulianus. Puto legendum eſſe Iohanus, Hunc enim Bap. Mantuanus in Februario, Iohanū hoſpitalem uocat, atq; rem ut geſta eſt deprompſit e carmine, Quod lubitum eſt hic apponere, quum Pontani ſenſum non parum aperire videatur.

Mantuanus.

Imberbis Iohanus adhuc lanugine prima  
Iam fruticante, agros ſaltuſq; agitare ſolebat,  
Venatuſq; ferum pecus exercere frequenti.  
Dumq; per anfractus, & teſqua per inuia tendit  
Incidit in ceruum, cuius deus ora mouendo  
Talibus inſonuit verbis, Iohane parentum  
Interfector eris, ſcelus hoc euadere tenta,  
Id meditant ſimul, atq; timens longinqua petiuit  
Littora, ne caſu ſcelus hoc incurreret villo.  
Et quia fortis erat, Martiq; aſſuetus, & armis

Continuo illius domino regionis adhæsit  
 Atq; breui dum deposita formidine laudi  
 Seruit, & ad summū bellando adspirat honorem  
 Clara duces inter primos sibi nomina fecit.  
 Connubio demum præclaræ coniugis auxit  
 Prole domum, naturā hominū moremq; secutus  
 Talia de nato simulacsciuerē parentes  
 Accensi pietate pari studioq; viuendi  
 Inualere viam, longisq; laboribus illuc  
 Appulso absente viro, gratanter in alta  
 Tecta nurus ducens, proprio dignata cubili est.  
 Mane autem, fessos dum sub Iodice teneret  
 Somnus adhuc soceros, quū se in delubra tulisset,  
 Ecce vir ex agris rediens thalamumq; subintrans  
 Perpendit lecto geminos accumbere, dumq;  
 Credit adulterium, furiosa mente parentes  
 Enecat infœlix, & pectora sancta cruentat,  
 Et sic fata viam sceleri inuenere patrandō,  
 Vidit vt vxorem sacro rediisse peracto,  
 Atq; suos didicit lecto recubare parentes,  
 Obstupuit, facinusq; animo defleuit amaro  
 Et placare deum cupiens, discessit ab armis,  
 Ac prope torrentis ripas vbi magna solebat  
 Turba inopum ferri, rapidoq; in flumine mergi,  
 Constituit tectum, quod prætereuntibus esset  
 Hospitium commune, dicens seq; & sua tali  
 Offitio gratis, coniunx cum prole secuta est  
 Sponte virum, cum vellet ea migrare relicta

De Immanitate.

Non tulit antiquæ pietas diuortia vitæ,  
Mansit in ijs operis vsq; ad suprema senectæ  
Tempora, tum veniens ægri sub imagine ab orbe  
Stellifero diuorum vnus, post debita vitæ  
Subsidia, & morbo certis accepta diebus,  
Se confessus ait, gaude Iohane, redemit  
Te pietas, diuina tibi clementia parcat.  
Dixit & in cœlum passis se sustulit alis.  
Ipsa quoq; e membris egressa senilibus vmbra  
Sancti viri terras tandem mutauit olympo,  
Cum februi biffena dies decurreret, ipso  
Veris in ingressu, quem sol iam fecerat auctis  
Viribus Austrinæ rediens a cardine terræ.  
Offitij nomen retinet post funera, nam quod  
Seruijt hospitibus cognomen ab hospite sumpsit.

Immanitatis speciem quandam  
versari circa religionem.

**Q**Uæ igitur sit immanitas: quibusque qui ea vti-  
tur: in vniuersum sit ostensum, nunc ad ea  
quæ generi tanq; species cognatæ sunt:  
ordine suo progrediamur. Igitur cum religio sit ho-  
mini a natura insita: nullæq; tam feræ sint aut bar-  
baræ nationes: quæ deum non confiteantur: suisq; il-  
lum venerent honoribus: ac placare studeant sa-  
crificijs: in primo ac maximo immanitatis genere  
versari mihi videntur illi quidem: deum esse qui ne-  
gant: aut si esse confiteantur: cultum tamen illi suum

Religio a na-  
tura homini  
insita.

Athei imma-  
nes

vt nullam habenti rerū humanarū curā: minime  
 tribuendū censent: neue ab alijs tribuat & dissua-  
 dent ipsi: & qua possunt etiā arte ac via prohibent.  
 In toto autem hoc genere: non vno tantū modo  
 peccat: nam vt reperti sunt qui erga deum ingra-  
 tissimi fuere: & reperiunt quotidie nō summates  
 tantū viri: quicq; potentatibus abutunt: verum etiā  
 infimi ac plæbæi homines: sic etiā qui dum pla-  
 care deum volunt: singuli tum homines: tum ciui-  
 tates ac populi hominem ipsum priuatis & pu-  
 blicis in sacrificijs mactauerint: ac sanguine eius  
 aras imbutas consperferint. Apud Dianā Tauricā  
 hostiæ erant peregrini & hospites. Quid abomi-  
 nabilius horribiliusq; Apud Carthaginem annis  
 singulis mactati hominis sanguine Saturno diuis-  
 na res fiebat. Quid deo aut diuino cultu indigni-  
 us: magisq; ab homine defugiendū: aut cœliti-  
 bus ipsis minusq; ac minus gratum: Quocirca ut  
 alteri: excessu ac nimij cultus studio: immanitate  
 polluebant: sic alteri defectu: dū in colendo deo  
 maxime sunt impij: beneficiorq; eius ac sui im-  
 memores: immanes aut vtriq;. Quid em̄ aut na-  
 turæ hominis magis aduersum: q̄ naturæ ipsi re-  
 bellem fieri: aut quid est aliud perduellionis reū  
 esse: q̄ eripere ei voluisse cui om̄ia debeant: suos  
 honores: sua iura: nullum deniq; esse eum dicere.  
 Ad hæc qd diuina illa maiestate: beneficentiæq; in-  
 dignius: q̄ (dum sanguine gaudere illū humano

Diana Taurica

Saturnus

De Immanitate.

Caellia.

Salustius

Cor. Tacitus.

putes hominem ei id est te ipsum ut iugules: ad  
aram conficias: mactes: O mores maxime languis  
nolentos: pietatemque summe truculentiam: o cultum fe-  
ris ipsis quas imitaris horribilem ac formidanda-  
dum. Creditur quoque est: Catilinam: antequam orationem  
habuisset ad populares suis celeris: humani corpo-  
ris sanguinem vino permixtum in pateris circumtu-  
lisse: eoque ab singulis degustato aperuisse consilium  
suum idque ideo fecisse: quo (ut Sallustius ait) inter  
sele magis fidi forent alius alij tanti facinoris con-  
scij: ac si post eam execrationem: qui rem aperuis-  
set: deos iratos infestosque habiturus esset: fideique  
ac iuris iurandi corrupti uoltores. Refert Tacitus com-  
suesse reges quosdam: quoties societates inirent: iun-  
ctis simul dextris: pollices inter se vincire: nodo  
que perstringere: atque ubi sanguis in artus suffusus  
esset exteriores: leui ictu cruorem eruere: eumque in-  
uicem lambere: idque foedus arcanum haberi solitum:  
quasi mutuo cruore sacrum. Subijciat hac in quaes-  
tione quispiam: excessum hunc perinde ut in pe-  
cuniae prodigientia: minus esse condemnandum: que  
prodigentes tandem aliquando exuperantia con-  
gnita regredi ad medium sint soliti: cum auaritia  
in dies fiat procerior. Quid que inuenti sunt qui dum  
nulla in deum mouent reuerentia: post vero etiam  
ad superstitionem transierint: ut qui ab auaritia ad  
effusionem. Vterque igitur affectus cum sit impro-  
bus: vniuersum tamen facilius ab excessu est ad me-

diocritatem reditus: si non in cunctis: tamen in ple-  
 risq; q̄ ab hostili & maxime contrario affectu: ab  
 negatione q; ab ipsa dei conuerti ad venerandum  
 illum atq; magnificandum: cum in altero modus  
 tantum desideretur. Tertium ijs accedit genus in-  
 anis cuiusdā: vanæq; omnino superstitionis: quæ  
 q̄ anilis sit: quis nam obsecro ad immanitatem  
 illam referat? Nam & gentes quasdam coluisse  
 canes: ibi desue: quodq; religiosum haberetur: ab-  
 stinuisse piscibus: haudquaq; videri potest illas  
 ab ratione rebellasse: diuinaq; quæ in homine est:  
 parte. cum ignorantia sit hoc potius mericulosi-  
 tatisq; cuiuspiam: nec tam sit ad voluntatem refe-  
 rendum: q̄ ad veri ignorationem. cum tamen vl-  
 troneum sit illud: aut voluntate abutens ipsa: feri-  
 num: sanguinarium: atq; immane penitus. Quid  
 q̄ in deum alij diuinamq; maiestatem ingenij o-  
 pes omnis vim: potentiam: hubertatemq; dicen-  
 di conuerterunt: aduersus religionem id est in na-  
 turā ipsam impie impotenterq; scriptis illati: qd̄  
 q̄ monstruosum iudicatum sit: deum ipsum ab ho-  
 minibus vexari: suisq; illum e sedibus: augustoq;  
 e tribunali tentasse pellere ac deicere: inde fictum  
 est: Gigantes e terra genitos: remotissimisq; a coe-  
 lo locis: q̄ ratione nulla præditi: nullo veræ cog-  
 nitionis ductu ad violenta traherentur: actionesq;  
 maxime impias ac derestabiles: q; non tam in-  
 cederent: q̄ obserperent: qui progressus animaliu  
 d n̄

Vana super-  
 sticio nō est  
 referēda ad  
 immanita-  
 tem

Gigantes

De Immanitate.

esset venenosissimorū: serpentinis eos pedibus: vel serpentibus ipsis potius: pro pedibus vti dixere. Immanes igitur Gigantes non vastitate solum corporis ac deformitate: verum etiam affectione & impetu. At nō immane: sed anile potius: aut fortasse dei de benignitate recte est sentire: id sibi persuadere: placari deum placentula: aut mola salsa: fasciculoue spicarum. Vides igitur diuino in cultu quot modis peccetur: & qua etiam via recedatur a ratione, hominisq; a dignitate atq; excellentia: quantuscq; ab ea fiat ad immanitatem prolapsus. Parum visum est Alexandro: Philippi esse maximi ac fortissimi regis filium. Quid immanius: q̄ hominem: ac regis maximi filium: humanæ pudentem fortis: ac pigentem regiē prognationis: deum ad adulteria euocare: vxoriasq; libidines: Salmoneus & Iouis tonitrua effinxit: & diuinos sibi honores exhiberi exposulauit. Quid aut dementius: aut ab hūanitate ipsa remotius: Nam q̄ Scipio lætaretur exultaretq; Iouis dici atq; haberi se filiū: hoc ad ambitionem potius q̄ ad immanitatem referendū videatur. sicuti ad dementiā vel furorem magis: quę in hoc ipso genere ab Caio: qui in Cæsarum successit serie admiffa sunt plurima. Ac de his hac in parte: ipsocq; in astructionis huius nostræ limine dictū sit hactenus.

Peccatur in diuino cultu

Alexander immanis

Salmoncus demens.

Scipio ambitiosus

C. Cæsar furiosus

Diagoras Theodorus,

Deum esse qui negant. Diagoras, Melius, & Theodo-

rus Cyreneus nullam esse diuinitatem putabāt, Autores sunt  
 Cicero in principio primi de natura deorum, Lactantius in  
 cap. nono, de ira dei. Protagoras autem, qui exitit tempori-  
 bus Socratis, librum sic auspicatus est, De dijs quidem statue  
 re nequeo, neq; an sint, neq; vtrum non sint. Sunt enim pluri-  
 ma, quæ id scire prohibeant, quoniã & summa rei obscuritas  
 & breuis hominis vita. Tali exordio offensi Athenienses, &  
 ipsum Protagoram expulerunt suis finibus & libros eius in fo-  
 ro exusserunt, voce preconis vndiq; conquisitos.

Rerum humanarum curam, Epicurus eiusq; familia, Epicurei.  
 non it inficias deum esse, sed illum gratia priuauit, & ira hoc  
 est beneuolentia. beneficentia, prudentiaq; erga humanum  
 genus, & iustarum punitione, quæ ira dei appellatur. Im-  
 piam hanc profanamq; sententiam Lucretius hoc versu prose-  
 cutus est. Nec bene pro meritis capitur nec tangitur ira. Quos  
 contra disputat Lactantius ca. quarto, de ira dei, & Picus ius-  
 tior de prudentia.

Apud Dianam Tauricam. Id est Scythicam. Lucanus Diana Tauri-  
 in primo, Et Tauris Schyticæ non mitior ara Dianæ. Imma-  
 nis huius sacrificij Thoas Rex autor fuit, hinc ipsa Diana Tho-  
 antea dicta Silio libro quarto. Sacra Thoanæ ritusq; imita-  
 ra Dianæ. Eius frequens est mentio apud scriptores. Pompo-  
 li. 2. in Schythia Europea, Tauri, inquit, immanes sunt mori-  
 bus, immanemq; famã habere solere vidimus aduenas cedere

Apud Carthaginem. Huius inauspicari sacri Lactantius  
 commemorat & Silius. Quin Plato quoq; in Protagora, Ne  
 q; enim inquit leges nostræ homines sacrificare permittunt.  
 Apud Carthaginenses autem iustum sanctiūq; habetur, adeo  
 vt eorum nonnulli Saturno etiam filios immolare sibi permic-  
 tant. Sed & Augustinus etiam iuuenes Saturno a Gallis solis  
 tos sacrificari tradit.

Nam & gentes quasdam. Apud Ægyptios erat numen Anubis  
 celebre Anubis canino capite. Vnde a Marone latrater dicit  
 Anubis ad finem octaui. Et apud Luca. ad finem itidem octa-  
 ui libri legimus. Semideosq; canes. Et apud Sedulium in ido-  
 lolatras semihominemq; canem. Eisdem Ægyptijs Ibis auis in  
 honore habita est, ob pugnam & cædem serpentium, Autori  
 bus Diodoro & Herodoro.



## De Immanitate.

Vides igitur. Id nuscq; non deplangit Roterodamus, germanus Christianæ veritatis purissimæq; religionis assertor, maxime autem in præfatione in ep̄as Pauli ad Corinthios. Roterodam.

De immanitate: quæ existit ex occupata patriæ libertate.

Patria post  
deum

**S**equitur aliud immanitatis genus maxime huic propinquum ac coniunctum. nam cum post deum patria secundum obtineat locum: quæ intestabilior: magisq; violenta potest esse immanitatis species: q̄ occupata patria libertatem ciuibus suis eripere: tyrannidemq; exercere: ac inter rapinas: exilia: grassationes: torturasq; versari ac cædes continuas: parte alia vitam agere voluptariam: vt utroq; vitæ genere belluas videre se: qui: illarūq; inhærere vestigijs: rationabilisq; parte deprauata: ancillatum agere tum immundissimarum voluptatum: tum rabiosi impetus appetitionumq; violentissimarū. Insectatus dicitur monstra Hercules pro tuenda libertate: aut restituenda ijs quibus fuisset adempta. quæ ob merita inter deos ipse consensu hominum relatus est. Timebat vxores Dionysius: ac maxime suspectas tum has habebat: tum etiam filias. adurebat sibi capillum candente carbone: dum omnis pauit: dum nulli fidit: propter contaminatissimam cædibus: rapinisq; conscientiam. Quid autem immanius: q̄ filias metuere: cum ex aduerso videamus feras ipsas: ad quas relicto hominẽ hi ipsi rapiunt: pro

Hercules.

Dionysius  
junior, qui  
& Corinthi

tuendis catulis suis etiam in venatorum tela incur  
 rere: proque illorum salute mortem quam euitare  
 fuga possent: volentes oppetere. vt belluis ipsis  
 appareant tum inferiores: tum etiam deteriores.  
 Ciuilia illa tot & tanta Romanorum bella quid præ  
 se aliud ferunt: quæ summam detestabilissimamque  
 immanitatem. qua in re vel truculentissima exupe  
 rauerint animalia. Quando enim aut leones: aut  
 tigrides in aciem prodierunt aduersum se ipsas:  
 coactis vndique ex Asia Europaque atque ex Africa  
 præsijs: Quo fit vt in hoc ipso genere immani  
 tatis: homines ipsis sint belluis superiores: facile  
 que vincant eas ipsius quoque sensus. nedum ratio  
 nis abusu: impotentissimaque appetitus exultatio  
 ne ac dominatu. Itaque in hoc ipso scelorum ac ma  
 lorum tumultu ac calamitate pater in filij: filius in  
 patris viscera gladium adegit: mutuoque sese con  
 fœdauerunt cruore: id quod nullis vnquam in prælijs  
 præterquam ciuilibus contigisse legitur. vt iure excla  
 mare liceat Terentianis verbis O cœlum: o terra:  
 o maria Neptunia. Quid enim a sole spectari po  
 tuit indignius: ipsisque ab cœlitibus: Verum in hoc  
 ipso sceleratissimæ cupiditatis genere non ciues  
 modo peccant: patriæque suæ occupatores: verum  
 sanguinolentissime etiã cruentantur ij qui domi  
 ni dicuntur regesue atque id genus potentatus alij:  
 dum alius alium gladio aut veneno effert regnan  
 di gratia. An non patrem hic ipsum: ille autem fra

Ciuilia bel  
lr.Reges &  
principes  
immanes

De Immanitate.

Thebana  
bella

Augustus  
Cæsario

Mahometus

Amorathus

Lud. Gallo-  
rum R.  
Carolus Gal-  
lorum R.

Lud. Dux  
Mediolani

Tuneta

Dionysius  
Corinthi

trem sustulit aut e cognatis aliquem: Defamata illa tantopere Thebana bella quid aliud decantant: quanquam miserabilem in modum: præterquam; fraternas acies: alternaque regna profanis decertata odijs: Augustus Cæsarium Cæsaris patris ex Cleopatra filium e medio sustulit: quo solus imperaret. Non multis nos ante annis Mahometus fratrem suum gladio confecit: quo solus ipse succederet Amoratho patri in Asiæ ac Græciæ imperio. Qua e successione imperium Constantinopolitanum funditus eversum est. Ludouicus Galliarum rex Caroli octavi pater eius qui regnum Neapolitanum his ipsis vexauit annis in fratrem etiam suum grassatus est: atque haud multo post Ludouicus Maria in Galeatij fratris filium: quo ipse ducatu Mediolanensi liber ac solus potiretur. Paucissimis nuper mensibus apud Tuneta in Africa de regno ita decertatum est: ut fratres ipsi fratrumque ipsorum filij sese inuicem trucidauerint. Itaque regna ipsa: dominatus: imperia videntur allectamenta esse quædam ad postremam etiam immanitatem: sanguinisque cognati effusionem.

Dionysius. Iunior, qui expulsus regno Corinthi pueros literas & Musicam mercede docuit, De quo Anicula, quæ pro eo deos precabatur causam interrogata respondit, Cum plures vidisset in Syraculis tyrannos continua successione deteriores, ipsum præstare incolumem esse, ne & item deterior ei succedat. De Syculis Dionysijs passim scriptores. Adurebat sibi capillum. Alij scribunt quod ob suspicionem filias constrictas habuit.

**Rapinis.** Rapiebat aureas pateras e manibus diuorum simul  
lachrorum, dicentes bona a dijs porrigentibus accipiendā.

Valerius. Valerius.

**Contaminatissimam conscientiam.** Quæ vna omnium **Conscientia**  
res est efficacissima, a deo vt nulla tormenta melius prodant  
maleficium q̄ conscientia, nullus carnifex seuerius puniat q̄  
hæc. Vnde apud Satyricum surdo verberare cædit. Hanc sense  
re Poetæ quum de diris & vlticibus furijs fabulantur. Rote  
rodamus.

Iuuenalis

Seruius

**Ciuitia.** Seruius super hoc uersu. Ne pueri. in sexto connume **Octo bella**  
rat a Cæsare tria, ab Augusto post Cæsarem defunctū quinq̄ **ciuitia**  
q̄ bella ciuitia gesta, atq̄ ita Po. Ro. fecisse consuetudinem ci  
uiliū bellorum.

**Quid præ se aliud ferunt.** Si legeris apud Erasmmum pa  
cis querimoniam, & item explicationem adagij multorum li  
teris celebrati. Dulce bellum inexpertis, statim videbis bellū  
semel esse quendam oceanum omnium malorum quicquid us  
q̄ est in rerum natura. **Bellum om  
nium malo  
rum ocea  
nus.**

Erasmus.

Statius

**Fraternas acies.** Caput est Papinij in Thebaide. Historiā  
si cupis ex Diodoro pete. Interpres hunc locum enarrans dicit  
Poetam execrabilius sumpsisse contra naturam, quod ad præ  
sentem Pontani tractationem attinet.

**Apud Tuneta.** Tunis oppidum verus adhuc nomen non **Tunis.**  
amisit in linu Carthaginensi situm: Hic Sarraceni Regiā cons  
stetere, quam nunc Sacratissimus & potentissimus Carolus  
quintus Romanorum Cæsar, & Hispaniarum Rex, Christiā  
norumq̄ Imperator designatus cum alijs plerisque regijs vrbī  
bus Africæ habet tributariam.

Carolus, v.  
Cesar. i. rex  
Hispaniarū,  
Archidux  
Austriæ

In quo differant inter se cru  
delitas & immanitas.

**Q**uoniam autem magna quædā inesse vi  
detur immanitati cum crudelitate cōmune  
nitas: prætereundum non est: quibus in

De Immanitate.

**Crudelitas** **ex electione** **Immanitas** **ex impetu**  
Rebus hæc ab illa differat. quippe cum crudelitas  
vindictam magis sequatur: nec electione sit va-  
cua: hæc vero impetu potius rapiatur: sponteq; fe-  
ratur sua in præceps. Ad hæc crudelitas legem hu-  
manam: ritusq; tantum honestos transgreditur:  
cum per immanitatem ab homine desciscatur: fi-  
atq; ad bestias etiam monstrosas: atq; ad illarum  
rabiem transitio: sitq; hæc ipsa immanitas in qui-  
busdam feritate etiam maior ac violentior. Quæ  
nam enim e numero bestiarum mater inuenta:  
quæ foetum medicamentis adhibitis ex utero eie-  
cerit: aut ( ne partitudo ipsa palam fieret) in cloa-  
cas suffocauerit editam prolem: aut viam tellure  
suffossa condiderit: Quo sit: vt quemadmodum  
crudelitas immanitati non nunq; existit propin-  
quior: sic immanitas illam persæpe dedignetur so-  
ciam: cum vbiq; & impetu eam antecedit & ra-  
bie: sitq; crudelitas contenta expleffe quidem libi-  
dinem: vt si nõ poenitudine capta: tamen aliquan-  
do exatiata videatur. hæc vero puerilem in modũ  
nonnunq; eam ipsam crudelitatem ludum sibi  
constituat: in quo exiliat: voluptatem solam e san-  
guinolentia quæritans. Nam & Claudius Augu-  
stus gladiatorijs in muneribus qui fortasse prola-  
pli essent: iugulari iubebat: quo expirantium ora  
ac faciem cerneret. quin & ipse aderat tormentis  
quæstionum: spectabatq; summa cum voluptate  
Mahometus: cruciatus ac poenas. Mahometus Turcarum Im-

perator consuevit post victorias ac prædas e ca-  
 ptiuorum numero nunc pluribus: nunc pauciori-  
 bus in conspectum suum adductis: edicere: in fru-  
 stra vti conciderentur: spectatorem se se ludi eius  
 exhibens. Effet fortasse hoc excusabile iure belli:  
 perinde vt Romani excusatu digni videri possunt  
 Imperatores: legum auctoritate: atq; vrbis mori-  
 bus: q; bestijs obijcerent maleficiarios quosdam.  
 Quis autem excusabit principes viros: qui paria  
 gladiatorum: eaq; complura exhibebant in arena  
 ad spectaculum: atq; in populi gratiam: ac si non  
 & bellum ferarum potius sit q; hominum. Itaq;  
 sæpenumero immanitas crudelitatem ipsam lu-  
 dum sibi statuit: & ludere eam q; sæuire magis di-  
 cas. Cum tamen crudelitas satiari tantum suppli-  
 cijs: ac sanguine contenta sit. *Barresa:* *Barresa:*  
 Masius Barresa Bru-  
 tjs cum exercitu præpositus a Ferdinando Rege  
 iussit quosdam non contentus a lege constitutis  
 supplicijs: serra per lumbos adacta secari. O sup-  
 plicium inexcogitatu: voluptatemq; summe exe-  
 crandam: omniq; feritate maiorem. *C. Cæsar*  
 Potuisset au-  
 tem videri imitatus Caium Cæsarem: qui nõ pau-  
 cos serra medios discepserit: verum ignorauit Ma-  
 sius omnino literas.

## SCHOLIA.

Claudius Augustus. Claudius Cæsar Drusi Germanici Clau. Cæsar  
 filius qui Caio proxime successit, talem egit principem, vt ne stultior an-  
 scias stultior fuerit an crudelior. Hunc Anneus Seneca libello crudelior fu-  
 quem ludum de morte Claudij Cæsaris inscripsit. & nuper erit ignorat:  
 Rhenanus noster doctissimus, vt testatur Roterodamus, scho-

e ij

Seneca  
 Rhenan<sup>9</sup>  
 Roterod.

### De Immanitate.

- Bruti** Ijs illustrauit, mire taxat, & suis (quod aiunt) coloribus graphice depingit, Scholium Rhenanum.  
**Brutijs.** Hos nunc Calabros vocant.
- Catholici cognomen** **Ferdinando Rege.** Auo materno diui Regis nostri præfati Catholici cognomen sortitus est, ob inductum ritum veri cultus & Christianæ religionis in Pericæ partem, quam Granatam vocant, pulsis Mauris Machometiq; superstitione. Hispaniam quoq; exactis inde Iudæis omnibus, & ijs qui Iudæorum ritibus imbuti nominatenus Christiani, vulgò Marrani dicuntur, quorum magna vis erat, omni superstitione purgavit, ex Riccio.
- Marrani**
- Cæs. Caligula** **C. Cæsarem, Caligulam.** Qui fax humani generis dictus est, vnâ ceruicem populo Romano optabat, quo facilius vno icu abscedi posset, vt infra dicitur.

M. Riccio

### De mulierum immanitate circa fetus proprios.

**S**ed iam explicatis ijs: quæ in hoc versantur genere: ad aliam siue partem siue speciem immanitatis transeamus: quæ ad mulieres spectare quàm ad viros potius videtur. Nec vero mirum tibi sit Hieronymè: a patria nos confestim ad mulieres transire, nam quanquàm qui in patriam: impotentiam exercet suam: vim ciuibus infert vniuersis: ac ciuilibus legibus: Tamen nescio quomodo taciti magis execramur eas: quæ sexu imbecilliore naturam tamen ipsam: legemque ortus nostri naturalem impetu tam monstrifico violent: atque in partus suos tam impie debacchantur ac prodigiose. Quod quidem execrationis genus maxime sacerdotes attingit: quæ deo virginitatem cum uouerint: pollutis tamen votis: ritumque sacerdotali periurante atque in

ceste cōaminato: grauidæ factæ (ne scelus pareat)  
 execrabiliori conantur scelere id ipsum prohibe-  
 re corrigere: dum aut medicaminibus adhibi-  
 tis abortionem procurant: aut partum statim ipsū  
 exanimant: terræq; aut cloacis clam infodiunt.  
 Nec vero monstrosa hac feritate sacerdotes tantū  
 verum etiam viduæ ac nubiles puellæ: splendidi-  
 simæq; etiam foedantur familiæ. Vir maxime no-  
 tus: mihiq; per familiaris gdes cum emisset: emun-  
 daretq; latrinarum sordes: interq; emundandum  
 accurisset subitam ad exclamationem redempto-  
 ris: operam eam facientis: animaduertit infantuli  
 cadauerculum sordibus illis inuolutum: quod sta-  
 tim inde exemptum iussit religioso in loco huma-  
 ri. Compertas audio etiam vxores: quæ vt viros  
 hoc iniuriarum genere insectarentur: aut illatas  
 ab illis iniurias ulciscerentur hac potissimum ratio-  
 ne: in lucem venientem prolem proprijs eliserint  
 manibus. Dij immortales: quæ ferarumerit trucu-  
 lentia cum hac comparanda? Non solum autem  
 hoc execramenti genere mulieres contaminant  
 ipsæ: verum etiam earum ipsarum amatores: qui  
 & ipsi sceleris tam nefarij execrabilisq; aut conscij  
 sunt: aut auctores: aut etiam administri.

Abortum fa-  
 cientia tra-  
 dit Plinius  
 in pluribus  
 locis

De immanitate quæ versatur circa  
 expositionem liberorum.

e iiij



De Immanitate.

**N** Ecvero immanitate sua caret liberorum  
expositio. permulta tamen exculare illam  
possunt: vt summa rei familiaris tenuitas:  
quæ satis nullo modo sit alendæ soboli: vt euitan  
dæ summæ infamiæ gratia: vt etiam cædis mater  
næ auertendæ respectus: defugiendiq; supplicij:  
ob adulterium aut incestû: quod quamuis ita sit:  
exculatione ex ipsa tamen crimen magis immi  
nuitur q̄ diluitur. Quid enim iniustius: q̄ paren  
tes in prolem: quæ ope eorum in ortu ipso cum  
primis indigeat: non modo inofficiosos esse: verû  
etiam impios ac carnifices: tamen si ea occurri ra  
tione potest: quæ est: duobus e malis minus eli  
gendum esse. Coeterum expositio ipsa duplex est:  
earumq; alteri proposita salus est: mors vero alte  
ri. Amuliana illa expositio cum primis barbara:  
præterq; si lege ita cautum & constitutum esset  
de incesta Vestali: deq; eius partu. Nam quæ de  
Cyro refertur: ea expositio quam recipit excusatio  
nem: Qui vero siue patres: siue matres ea conditi  
one liberos exponunt: vt partus saluos faciant: di  
gni sunt laude: eiusmodiq; actiones oppido q̄ hu  
manæ: ac tuendi generis gratia susceptæ: qui ves  
ro vt infamias defugiant ac cruciatus: accusandi:  
q; volentes crimen quidem aduersus rectum ho  
nestûq; præterq; ciuiles leges: moresq; bonos pa  
trauerint: non tamen improbandi: q; saluti consu  
luerint: cuius nobis a natura insita est cupiditas ac

Duplex ex  
positio liber  
orum.

Cyrus

studium. Cui rei prospicientes Christiani loca que <sup>Christiani</sup> dam sacra frequentissimis quibusq; in urbibus cōstituerent: quæ hospitalia dicantur: ad quæ pueri puellæq; exponendæ noctu deferantur ac sine arbitris: quo & expositio occulta sit: & infantes expositi commode alantur ac publice: eaq; ratione obuiam eatur infamiae pariter atq; immanitati: moribusq; maxime barbaris. Namq; apud Æthiopes: quorum non exigua pars humano vescitur sanguine: dictiq; inde Anthropophagi: passim inuenias parentes: qui liberos frumento ducendæ vitæ gratia mutant cum mercatoribus: eosq; pro victu suo seruituti addicant, qua e re gens ea apud omnis nationes seruitutem seruit ignobilissimā.

## SCHOLIA.

Amuliana illa expositio. Amulij iussu, qui fuit Romuli maior patruus, ipse Romulus cum Remo fratre in aquam profluentem abiectus est. Vbi autem & quomodo expositi fuerint scribit Ouidius Fastorum. 2. <sup>Amulius</sup>

Naso

Plutarch.  
Ouidius  
Dionysi.

Lege cautum de incestu Vestali. Pœnam vestalis virginitem prodentis Plutarchus in Numa Pompilio. Ouidius in fastis, refert Dionysius tamen aliter, vt inferius referam.

Excusationem. Exponeretur enim ab Auo Astyage occidendus.

Proditores quoq; habendos  
esse inter immanes.

**N**Vper Ludouicus Maria qui post turpissimam illam fugam: uocatus a nobilitate ac popularibus: Mediolanum eiectis inde

De Immanitate.

Heluecij  
Brigantes

Auaricia

Regnum  
Neapolit.

Paul. Sangrius.

Gallis receperat: cum maximam Heluetiorū mānum ac Brigantum ad stipendia conduxisset: conflagendūq; Gallico cum exercitu esset: inter ipsas acies ac tubarum pene cantus ab Heluetijs ipsis captus est: pecuniacq; accepta Ludouico regi Galliarum per turpissimam proditionem venundatus traditur. Itaq; auaritia ipsa non modo (vt Sallustius inquit) corpus animumq; virilem effeciminat: verum etiam & efferat: & ad immanitatem impellit. Quid enim hoc ipso aut scelere sceleratius: aut execramine execrabilius? Quocirca ab hoc immanitatis genere eiusq; q̄ foedissimæ nepditores quidem ipsi videntur eximendi. Quid enim immanius q̄ fidem fallere: q̄ iusiurandum ac deos ipsos venales habere? Regnum Neapolitanum hoc ipso genere infidelitatis: in maxima sæpe mala incidit: vltimacq; discrimina. Cum Alfonso & Antonius Caldora collatis signis inter se dimicarent: atq; vtrinq; summis pugnaretur viribus: Paulus Sangrius qui in exercitu Antonij princeps esset auctoritate ac viribus: versis in Antonium hastis ac gladijs ad Alfonso partes transijt: cum maxima etiam parte copiarum. quo facto Antonij exercitus superatus: ille captus est: castracq; eius direpta. Quid igitur aut Sol ipse vidit hoc indignius: aut res humanę infidelius? Quæ si immanitas dicenda non est: ignorem penitus quid sit: quod immane vocitari debeat ac ferum. Tametsi

inter feras nullus videtur esse proditio loci: Proditio nō  
est inter fe-  
ras,  
cum scelus hoc solius sit omnino hominis: qui p-  
pe cui soli fides insit: iurisq; iurandi religio. vt p-  
ditio alio quodam videatur esse e genere: de qua  
hoc in loco innuisse magis q̄ differuisse videri  
volumus.

## SCHOLIA.

**Heluetiorum.** De Heluetijs late scripsit Cæsar. Cornelius Heluetij

Tacitus

Tacitus ostendit veterum olim Heluetiorum partem e Gallia  
Rhenum transgressam, eas incoluisse regiones, quæ Comiti  
Palatino, Marchioniq; Badenſi & Spirenſi Episcopo hodie  
parent. Recentiores autem Germanos & non Gallos esse, vt  
garrunt quidam, probat ea quæ scripsit Ioachimus Vadianus  
vir in omni ſcientia ad vnguem eruditus in commentarijs ſuis, Vadianus]  
quos non poteris non doctiſſimos iudi care.

**Brigantum.** Hoc ſignificat nomine reliquos Germanorū pe-  
dites, quos noſtra lingua Landſknecht appellamus, quorum Brigantes  
Lādsknecht  
fidei ſi ſe Ludouicus credi diſſet, proculdubio captiuitatem e-  
uaſiſſet. Brigantum hodie Bregentz oppidum perq; vetuſtū  
frequenti q; hodie hominum habitatione celeberrimum eſt, ad Bregentz  
Lacus Potas-  
micus  
nobilem illum lacum, qui Poramicus hoc eſt fluuialis dicitur  
eo q; Rhenum accipit & emittit.

Volaterranus

**Venundatus traditur.** Volaterranus idem libro, 7. lites  
ris commendauit his verbis. Nuper etiam Germanorum incli-  
tum fidei nomen infamauerunt, prodito Ludouico Sfortia Lud. Sfortia  
proditur.  
Mediolani Duce, quem ei militantes captum in acie hoſti Gal  
lo repente tradiderunt. Huic item egregio factiori Crinitus

Crinitus.

Baſelius

lo repente tradiderunt. Huic item egregio factiori Crinitus  
priuatim carmen dicauit. Baſelius quoq; idem e noſtris ac alij  
plæriq; in annalibus ſuis rerulerunt. Ferunt & alios eſſe, qui  
neſcio quam Iliada edituri ſint. Obliti ſane eius, quod Poeta  
non ignobilis multis, ante ſæculis in vniuerſos milites torſit.  
Nulla fides pietasq; viris qui caſtra ſecuntur.

**Cum Alphonſus & Antonius Caldora.** Alij Cal-  
dola ſcribūt. Narratur res vt geſta eſt a Michaele Ritio, Cui  
magnam tribuit fidem amicus noſter Ioan. Stabius lib. 3. de Ioan. Stabi⁹

Ritius

## De Immanitate.

Regibus Neapolitanis, Sangrii tamen non meminisse, ut neque Platina, neque Sabellicus, neque Volaterranus, Non fuit nobis ad manus Antonij Panormitani volumen, quod fertur huius Regis Alfonſi dictis factisque priuatim dicasse, quum is inter seculi sui principes & armis & sapientia enituerit.

Panormi-  
ranus

Proditio

**Proditio.** Perfidiæ, quæ tantum incommodi humano generi adfert, quantum salutis bona fides præstat, ut exempla abunde declarant, quæ profert post Valerium Baptista Fulgofus, quem est imitatus, quo ad rerum titulos capitaque ac numerum librorum, exemplis rebusque ipsi tantum memoratis, quæ vel Valerium præerissent, vel post eum gesta nullo modo in eius noticia esse potuerunt.

Fulgofus

Quæ sint propriae immanium hominum voluptates seu dolores.

Propria im-  
manium.

**O**Mnino autem immanis proprium est hominis: præter modum & exultare feritate: & dolere vehementius ubi eius usum sibi ademptum intelligat. Siquidem eiusmodi appetitio profusum cum sit belluæ: immanem illum reddit: ac tantopere abominandum. Quæ causa est: cur in capienda voluptate non vultus eius solum præ se ferat gestientiam quandam: sed totius etiam corporis membrorumque fere singulorum commotionem. Contra frons tristis: vultus maxime turbatus ac moerens: verba quasi uenenum spirantia: ubi cupiditati fieri satis nequeat. sentiaturque erepta quasi de manu præda: ut de dolore interdum ipso furere videatur: perinde ac e voluptate lasciuire. Videas itaque alios in ipsis cædibus ac cruciatibus præ gaudio gestientiaque sui compotes non

Gestientia

esse. Voluit Nero occisæ matris corpus & inspicere Nero  
 cere & contrectare nudum: & tum hoc membrum  
 laudavit: tum illud vituperavit. quin exorta inter  
 rim siti: poculum sibi afferi iussit: videlicet ma-  
 tris ipsius manibus parentaturus. Caius ante eum  
 Cæsar: curiam ingredientem senatorem: graphijs C. Caligula  
 primo confossum: post etiam dilaceratum: inde  
 in membra & artus ac viscera discerptum per vr-  
 bis vicos trahi iussit: denique ante se ipsum colle-  
 cta ea congeri: quo & animus cum primis & ocu-  
 li exatiarent aspectu tam foedo: ac voluptate tam  
 nefaria & perdita. Idem & Papinium consularis Papinius  
 viri filium: & Bassum quæstorem suum: procura Bassus  
 torisque sui filiū: aliosque item tum senatores: tum  
 equites Romanos: eodem simul die & flagellis  
 cecidit: & torisit: non quæstionis: sed (vt Seneca tra Seneca  
 dit) animi tantum ac voluptatis gratia. Quin etiã  
 sanguinariæ huius voluptatis differendæ: moreque  
 eius impatiens: cum inambularet in xisto mater- Xystus  
 norum hortorum: lucemque insequentem sumen-  
 dis supplicij expectare neutique posset: senatores  
 quosdam cum matronis quoque decollari ad lucer-  
 nam iussit. Ne vero sæuitiam suam non ex omni  
 occasione notam faceret: votum exegit ab eo/qui  
 pro salute sua gladiatoriam promiserat operam: ut  
 Suetonius meminit: spectauit ipse ferro dimi-  
 cantem: nec dimisit nisi victorem: ac post multas  
 preces. Alterum: qui se perituum eadem causa vo-

XIX. De Immanitate.

Vitellius

Anticyra

Gallogræcia

Polyphagus

Ferdināus  
rex

uerat: cunctantem pueris tradidit verberatum in-  
fulatumque votum reposcentes pervicos ut age-  
rent: quoad precipitarent exaggere. Aspicias item  
alios non posse temperare auiditatem illam libidi-  
nemque sanguinariam. Itaque Vitellius nobili viro  
coæquali ac condiscipulo: ut Tranquillus refert:  
fatis sibi esse non duxit: per alium venenū miscere:  
nisi ipse manusua sitienti illi ac de febris frigidā pe-  
tenti: veneno tinctā præbisset. Cumque quempiā  
aliquando coram se necari iussisset: conuersus ad  
eos qui astabant: Et oculi inquit pascendi sunt.  
Alios per sales quoque ac facetias deliquescere tan-  
quam titillatione inter sæuiendum. Nam & Caius: de  
quo dictum est: prætorio viro: qui in Anticyram  
secessisset insulam valitudinis gratia atque natiui  
hellebori: necem cum machinaretur: iussissetque il-  
lum interimi: iocabundus inquit: quando tam diu  
nihil profecissent hellebori: sanguinem ei mitten-  
dum esse. Cumque eodem quoque tempore e Gal-  
lia quosdam: quosdam e Græcia condemnari im-  
perasset gloriabundus: Bene habet inquit: quan-  
do Gallogræciam iam subegimus. Neronem pro-  
ditum est: concupiisse quos morti destinasset: ob-  
ijcere deuorandos Polyphago cuidam Ægyptio:  
qui crudis omnis generis carnibus vesceretur.  
Ferdinandus rex Neapolitanorum præclaros etiā  
viros conclusos carcere etiam bene atque abunde  
pascēbat: eandem ex ijs voluptatem capiens: quā

pueri e conclusis in cauea auiculis. qua de re saepe  
 numero sibi ipsi inter intimos suos diu multumq;  
 gratulatus: subblanditusq; in risum tandem ac ca- <sup>Tiberius</sup>  
 chinnoſ p̄fundebat. Tiberius Cæſar in omni ſæ  
 uitæ genere ita volutatus eſt: vti nullus a poena <sup>Dies religio</sup>  
 hominū ceſſauerit dies: ne religioſus q̄dem ac ſa- <sup>ſus.</sup>  
 cer: nullum non crimen fuerit pro capitali rece- <sup>Sacer</sup>  
 ptum. Nos igitur vt relaxare animum: ac tanq; ſa  
 ginare in aliorum cruciatibus ac dilacerationibus  
 videas: ſic alios dolore nimio premi: & quaſſari  
 animo ac confici:q; ſanguine nequeant ſitim ſeda  
 re tantopere areſcentem: oculosq; recreare tortu-  
 ris. Nimis t̄p̄ anxie queſtus legitur idem iſ Ca-  
 ius: q; ſua quidem tempora nullis inſignirentur <sup>Exclamatio</sup>  
 calamitatibus: & iſs quidem publicis. O monſtrū  
 non Cæſarum modo omnium: verum etiam mor-  
 talium cunctorum: qui publicis quoq; ruinis pa-  
 ſcere animum cuperet. Quæ igitur ſitis erat eius:  
 vbi in quem aut vnum aut pluſculos exatiare appe-  
 titum ſanguinantis illius cupiditatis vellet: cum  
 eadem feritate accenderetur in omnes: Itaq; &  
 hiatus hic terrarū deſiderabat: & motus illos in-  
 gentiſſimos: qui vrbes ac regiones ſubſternerent:  
 & exercituū calamitates: internitioneſq; regno-  
 rum: & peſtilentias illas humani generis hauſtri- <sup>P. R. vnamm</sup>  
 ces. Quippe qui optauerit populum Romanum <sup>ceruicem ha-</sup>  
 vnã tantū ceruicem habere: quo vno ſimul ictu <sup>bere</sup>  
 vniuerſum conficeret: cogitaueritq; aliquando de



De Immanitate.

Carnuleius  
me euasit

in integro senatu trucidando. Tiberius de quo paulo ante mentionem fecimus: cum intellexisset Carnuleium in quem grassari tormentis decreuerat: mortem anticipasse: ira atque indignatione percitus exclamauit: Carnuleius me euasit: vt vitam sibi suam ex ea re pene molestam esse ostenderet: Quibus igitur in voluptatibus immanitas versetur: aut doloribus: quæque sint eius oblectamenta: aut pugiones: iam videtis, quam obrem ad alias eius partes transeamus.

SCHOLIA.

Mater Nero  
ronis

**Voluit Nero occisæ matris.** Agrippinæ, quæ fuit filia Germanici ex Agrippina filia Agrippæ, cuius post obitum Nero se totum effudit in libidines, Quæ Tacito autore tardatæ fuerunt matris reuerentia dicta factaque sua exquirentis & corripentis, vt Suetonius tradit cap. 34.

Cor. Tacitus  
Suetoni

**Et corpus inspicere.** Aspexerit ne matrem exanimem Nero & formam corporis eius laudauerit, sunt qui tradiderint, quos Pontanus sequitur, sunt qui abnuant, quod & Bononiensis interpres adnotauit.

P. Berodius

Caligula

**C. Cæsar.** Qui cognomen militaris calciamenti id est Caligulæ sortitus est, quia natus in exercitu fuerat, Sext. Aureli. Graphijs. Stilis ferreis.

Aurel.

**Discerptum.** Frustrillatim lancinatum. Collecta vbi vicitim fuerunt viscera omnia & membra miseri senatoris eadem ante ipsum Caium coaceruata.

Pro Cirrha,  
Xysto legendum  
uidetur apud Senecam

**Vt Seneca tradit.** In libro tertio de ira, quo loco forte pro Cirrha matremorum horrorem Xysto reponendum, vt Pontanus legisse videtur.

Xystos

**In Xysto.** Vitruuius de græcanicis ædificijs loquens ca. 9. lib. 6. Xystos, inquit, græca appellatione porticus ampla latitudine dicitur, in qua athletæ per hyberna tempora exercemur

tur. Nostri autem hypetras ambulationes Xysta appellant, Xysta  
 quas Græci paradromidas. Idem cap. xi. lib. 5. de palestrarū  
 ædificatione loquens. Hæc autem porticus Xystos apud græ-  
 cos vocitatur, quod athletæ per hyberna tempora lectis sta-  
 dijs exercentur. Idem. Proxime autem Xystum & duplicem  
 porticum designentur hypetræ ambulationes, quas græci pe-  
 ridromidas nostri Xysta appellant, in quas per hyemem ex  
 Xysta sereno cœlo athletæ prodeunt exercentur. Vnde xy-  
 stici dicti. Vlpianus sub titulo, de his qui norantur infamia, in  
 lege cui caput est, Athletas. Xystus igitur & xystum signifi-  
 catione apud Latinos differunt, cū tñ ambo græce sint idem,  
 vt Budeus adnotauit, Cataneus tamen scribit, quod quidam  
 græcorum Xystum interpretant esse locum, politū & æqua-  
 tum. significare etiam paruum hastile seu iaculum. Hinc Arria-  
 nus inquit. Signa electi exercitus, aquilæ, imagines regię, cor-  
 ronæ omnes aureæ super xystis argenteis.

**Suetonius meminit.** cap. 27. Eodem causa lege eadem de  
 causa, vt apud Suetonium est.

**Ex aggere.** Iuxta satyricum. Plæbæium in circo positū est  
 & in aggere fatum.

**Vitellius.** Hic præcessit Fl. Vespasianum.

**Tranquillus refert.** cap. 14.

**Oculi pascendi.** Extat apud Cornel. Tacitum eiusdem ui-  
 tellij vox sæuissima, qua iactauit se pauisse oculos spectata  
 morte inimici nomine Blefi. Idem Cor. autor est, eam ipsam  
 spectandi crudelitatem fuisse in Domitiano, ait q̄ illum fuisse  
 Nerone truculentiorē.

**Prætorio viro.** Ex Suetonij capite, 29.

**In Anticyram secessisset.** Strabo libro geograph. 9. du-  
 as Anticyras commonstrat, & in altera quæ sit post Crissam Anticyræ

oppidum Elleborum nasci, in altera eiusdem nominis, quæ sit  
 ad sinum Moliacum & oetam montem optime temperari, at  
 q̄ in eam q̄ plurimis e regionibus adnauigari sanitatis causa.

**Pausanias** in ultimo libro scribit, supra Anticyram montes es-  
 se magnopere petriolos in his copiose prouenire Elleborum,  
 nigro purgari aluum, albo vomitum cieri, ac superiora corpo-  
 ris purgari.

De Immanitate.

**Elleborum** Natiui Ellebori. Huius herbæ antiquitus plurimus vsus fu- it ad leuanda mentis & capitis vicia. Vnde infani Elleborum edere & elleborose purgare prouerbio iubentur. Vide Chylides Erasimicas. Plinius & Dioscorides duo faciunt Ellebori genera, candidum & nigrum, Poto Hercules Elleboro libera- tus est ab infania. Horatius pro vniuerso Elleboro treis dixit Anticyras, significans deploratâ & immedicabilem infaniâ.

Roterod.  
Plinius  
Dioscor.  
Horatius

**Neronem proditum est.** Tranquillus meminit in vita Neronis cap. 37.

**Gallogræci Galatæ** Gallogræci. Ioco adludit ad regionem Asiaticâ Gallogræci idem sunt qui Galatæ, ad quos diui Pauli epistolæ ex- rant, eorum regio Gallatia, quam Gallorum aliquot populos infedisse Plinius cap. 32. 5. & Ptolomæus lib. 5. tab. Asiæ pri- ma testantur. Strabo quoq; 4. libro rectorages e narbonensi, Tolistobogos & Trocinos e celticis Galliæ profectos, Phry- giam Cappadociæ & Paphlagoniæ vicinâ occupasse scribit.

Appus  
Plinius  
Ptolom.  
Strabo

**Poliphagus.** Poliphago. cuidam Ægyptio. Aristoteles in ethicis autor est apud pontum immanes esse & efferatas gentes, quæ cru- das carnes ederent. Quod & de Diogene Cynico refert Laer- tius. Vopiscus scribit Aurelianum Imperatorem vehementer sine delectatum esse phagone, qui vsq; eo multum comedit, ut vno die ante mensam eius aprum integrum, centum panes, veruecem, & porcellum comederet. Et nos paucis retro annis Augustæ Vindelycorum vidimus hominem Germanum, spe- stante diuo Cæsare Maximiliano crudam carnem haud grâ- uate comedere. A Volaterrano plures poliphagi memoran- tur in philologia.

Vopiscus  
Volaterranus

**In omni genere.** Ex Suetonio qui id indicat his verbis ca- pit. 61. Sigillatim crudeliter facta eius exequi longum est, ge- nera velut exemplaria sæuitiæ enumerare fat erit, nullus a pœ- na hominum cessauit dies, ne religiosus quidem ac sacer Qui sint religiosi & sacri dies Gellius & Macrobius docent.

**Religiosi dies Sacri** Gellius  
Macrobi

**Questus igitur.** Apud Suetonium cap. 31.

**Insignirentur calamitatibus.** Cum magis aduersa q̄ se- cunda ad memoriam posterorum transmittantur.

**Optauerit.** Po. Ro quia fauebat factioni Veneræ quâ Ca-

ligula Prasinae studeret, vt tradit Suetonius. Idem Seneca  
meminit de ira. 3.

Carnuleius. Alij Carnulium legunt, apud Sueton. ca. 61. Carnulius

Me euasit. Hoc ideo Caligulam dixisse scribit interpres Bo  
noniensis, tanq̄ Carnulius sibi mortem consciscens nimis cito Me euasit  
cruciatu & tormenta finisset, quæ per lentitudinem & longã  
moram solitus erat truculentus princeps adhibere ijs quos diu  
mori volebat.

Immanitatem ab iniusticia proficisci :

necnon aliquando a nimio re

rum futurarum metu,

**M**Anare autem immanitatem ab iniusticia  
potissimũ: e fonte quasi quodam: ea quæ  
a nobis dicta sunt: aperte quidem docent  
Quid enim iniustius q̄ erga deum ingratitude  
vñ: erga patriam impotentia: erga parentes: filios:  
os: cognatos: amicos impietate: crudelitate: san-  
guinolentia: inconstanti ac fluxa fide erga eos: qui  
publicam rem administrant: & cui iure iurando  
lis obstrictus: Sed quoniam (vt dixi) immanes sin-  
guli immanitatem ipsam minime ex omni sunt  
parte complexi: ad alias quoq; actiones transeamus.  
Nam & ab ijs qui prudentes ac fortes pariter videri: atq; haberi volunt: declinari ad feritatem non rareret: res ipsæ hominum docent. Aegyptios enim traditum est reges consuesse per Mathematici  
thematicos genituras eorum: qui in lucem venirent: explorare: quæ si aduersari regum ipsorum Genitura  
genituris essent compertæ: e uestigio nati illi oc-

De Immanitate.

Herodes

ci debantur. Oprouidentiam errorum plenam ac  
superstitionū: ne tetram dicam ac detestabilem.  
Quo e genere foedissima est Herodis illa Iudæo-  
rum regis in tot infantes puerosq; carnificina: cu-  
ius suspiciolissima vita: moresq; variantissimi: dū  
omnia pauet: cuncta formidat: eo illum adegere:  
vt in filios innocentissimos: in vxorem etiam ma-  
xime amatam efferbuerit. Hinc tyrannorum tam  
efferata crudelitas: nam dum p̄spicere rebus suis  
volunt: dum prudentiam magis aut effingunt: aut  
ostentant: q̄ sequuntur: efficiuntur imprudentissi-  
mi. Quid enim imprudentius: q̄ quæ res admini-  
strari debeat per humanitatem: beneuolentiam:  
mansuetudinem: popularitatemq;: eam velle re-  
gere: per superbiam: crudelitatem: iniusta impe-  
ria: graues coerciones: sauiissimosq; cruciatus ac  
pœnas: quæ quidem via est ad postremā quam-  
q; immanitatem. Nero ille quem iure immanissi-  
mum vocitarunt: ne de alijs loquar ciuibus: Do-  
mitium Corbulonem: innocentissimum senato-  
rem: solertissimum ac scelicissimum ducem: for-  
tissimum ciuem Romanum: quicq; Parthorum au-  
toritatem maxime fregisset: attriussitq; super-  
biam: per fraudem occidi iussit: dum illius virtutes  
suspectas habet: quas & magnificari ab eo par fu-  
isset: & ob maiestatem Romani imperij magis ac  
magis euehi: atq; illustrari.

Domitius  
Corbulo

## SCHOLIA.

**Ægyptios traditum est.** De quibus plura Herodotus Dionysius Strabo & fere omnes rerum scriptores.

Mathemati-  
tici  
Genethliaci

Gellius  
Tacitus

**Mathematicos.** Sic enim se antiquitus vocabant astrologi, qui & Genethliaci, aduersus quos olim Phauorinus philosophus apud A. Gellium illustri oratione disseruit, de quibus non minus scire quæ vere Tacitus in. 17, Genus hominum, inquit, potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in ciuitate nostra & vetabitur semper & retinebitur. Eodem autem de Mathematicis Italia pellendis, sub Claudio factum Senatus consultum atrox & irritum.

Rhodigi-  
nus

**Genituras.** Geneses & vt nunc dicunt natiuitates circa quas tria impense obseruant, quæ Cælius libro. 7. c. 10. diligenter adnotauit.

Picus

**Prouidentiam errorum plenam.** Quid chaldeos Ægyptios in hanc opinionem induxerit fieri fato res humanas & de stellis posse prouideri, Picus senior lib. 12. ca. 3. tradit.

Rocero.

**Herodis.** Hic Herodis filius frater fuit Archelai, quo Lugdunum legato per Tiberium Cæsarem, substitutus est in regnum frater eius Herodes, a quo fuit irrisus Christus. Annotatio Erasmica.

Tacitus

**De alijs.** Nullum enim adhibuit delectum aut modum interrimendi quoscunque libuisset quacunque de causa quorum nomina apud Tacitum & Tranquillum referuntur, Plinius quoque autor est, vno conuiuio interemptos esse cunctos conuiuas

Plinius

suillis fungis, quod genus venenis est accommodatissimum. Exitus vero occisorum aut relegatorum a Nerone C. Fannius, vt Secundus ad Maximum scribens testatur lib. 5. inchoauit, tribus libris duntaxat absolutis, immatura morte præuentus.

Fungi  
C. Fannius

Plinius

**Corbulonem.** Huius Tacitus meminit. Frontinus item Plinius & cæteri historiarum Romanarum scriptores.

Corbulo

Appianus

**Parthorum.** Lege Appianum in libro qui Parthicus inscribitur. Idem autor est, Parthos decem & octo prælijs a Romanis fuisse superatos.

De Immanitate.

De immanitate quam incie  
dicitur post victoriam.

Hannibal

**I**Am vero captis signis: direptis castris: copijs  
q; hostium aut fugatis aut caelis: quid effera-  
tius q; volutare iacentium corpora: & siquos  
spirantis inuenias: in eos rursum manu sauire?  
Quod factitatum ab Hannibale post cladem illā  
Cannensem sunt qui tradant. Quanto & homine:  
& imperatore rerum humanarum memore di-  
gnius: id & curare & permittere: post illatam cala-  
mitatem: cadauera vti sepeliantur. quam ad rem  
indutiæ concedi soleant. Ac si quibus vulneratis  
ac male caelis relicta vitæ spes est: eis medicorū  
operam sumministrare quantū hostibus. Nam &  
in victos: prostratosq;: quosq; iure belli captiuos  
habere liceat: humanitas exuenda non est: nec tes-  
la in captiuos: verum in acie stantes exercenda.  
**Grassatores.** Grassatorum est: ac sicariorum: & eorum quidem  
**Sicarij.** truculentissimorum: post spoliatos viatores: eos-  
dem obtruncare: videlicet ne cognoscantur: stre-  
nui vero militis id nullo modo. Nam in ipso præ-  
lio: interq; conferendas manus: cæso aduersario:  
caput ei auellere: militari est ex instituto & lege.  
Cum sint militibus præmia cæsi hostis propo-  
sita: & auulsi a ceruice capitis ostentatio: sit rei stre-  
nuæ gestæ testimonium. At iacenti cruentato in  
solo: & biduano iam aut triduano ceruicem secu-

Srenuus  
miles

isse cadaueri: hoc nullius quidem est feræ: nisi tantum hominis: ac nefarij hominis: feras ipsas etiam supergressi.

## SCHOLIA.

**Cladem Cannensem.** Cannæ ignobilis Apuliæ vicus magnitudine cladis emersit. Hic cæsa leguntur Romanorum quadragintaquinque milia, Cæsus est & Paulus Æmilius vir eximius, vna cum senatoribus nonaginta, consularibus atque prætorijs, aut ædilitijs, triginta. Autor Titus Liuius. Obseruatum est apud Aulum Gellium cap. 17. & apud Macrobium primo satur. Hanc cladem Romanis illatam ante diem quartarum nonarum Sextilium.

Cannæ

Aulus  
Gellius.  
Macrob.

Liuius

Sunt qui tradunt, Liuius lib. 2. secundi punici sic scribit. Iacebant tot Romanorum milia, pedites & equites passim, vt quem cuique fors aut pugna iunxerat, aut fuga, assurgentes quidam ex strage media cruenti, quos stricta matutino tempore excitauerant vulnera ab hoste oppressi sunt &c. Cladis huius meminere Poly. lib. 5. Valerius cap. 1. & 2. primi. capi re. 2. secundi, cap. 4. tertij, cap. 6. quarti, cap. 4. & 6. septimi. Plinius cap. 8. quinti & decimi naturalis. August. pluribus in locis ciuitatis diuinæ, Silius in toto. 9. & 10. Frontin. cap. 2. secundi, & plures alij.

Scriptores  
cladis Can-  
nensis.

Polibius,  
Valerius  
Plinius  
Augusti.  
Silius  
Frontin<sup>9</sup>

De immanitate in quam inciduntur in diripiendis vrbibus

**D**ireptiones ipsæ vrbium ac populorum: præcipuam ad omnem immanitatem materiam exhibent: in polluendis templis: in violandis sacris: in corrupendis tum puellis: tum pueris impuberibus: in cædendis senibus: sexuque imbecillo. Vt direptiones ipsæ (quod dictum est) aditum ad omne immanitatis genus faciāt.

g iij



IIIXX. De Immanitate.

Iram: vlciscendiq; appetitum esse  
cohibendum: ne incidamus  
in immanitatem.

**I**Ra igitur ipsa libidoq; vlciscendi nunq; tanta  
esse debet: vt naturæ obliuiscamur: humaneq;  
societatis. Nihil enim tantopere ad immanita  
tem impellit raptatq; q; reponendæ vindictæ au  
ditas. Scytharum regina illa Tomyris aurum li  
quefactum in os gutturq; capti hostium ducis in  
fundens etiam maledictis insultauit: Aurum sitij  
stiauro sitim leua. Quod seruasse etiam Mithri  
datem Ponti regem scriptum est: victo captoq;  
Aquilio duce Romano, Omnino igitur furor ille:  
seu rabies rectius dicatur: temperanda est: vel cō  
pescenda penitus. Quod magni est ac summe ex  
cellentis animi. Auia meam Leonardam rarissi  
mi exempli matronam: non sine multis lacrimis  
puer audiebam referentem: Cum inter digladian  
tes quosdam inter se familias inimicitia summis  
exercerentur odijs: captum quempiam factione  
ex altera: eumq; e vestigio concisum in minutissi  
ma etiam frustra: moxq; exemptum illi iecur in  
prunis: candēssimisq; carbonibus ab factionis  
eius principibus tostum: perq; buccellas minu  
tim dissectum: inter cognatos ad id inuitatos: in  
ientaculum distributum. Quæ aut luporum tam  
exhanelata rabies: aut sæuientis pro erepta prole  
tigridis hanc ipsam superauerit? Allata etiã post

Tomyris

Mitridates

Aquilus

Leonarda  
Pōtani auia.

Att. recens  
immanitatis  
exemplum

degustationem tam execrabilem pocula non sine  
 collecti cruoris aspergine. Congratulationes habi-  
 tae inter se: risus: ioci: leporesq; cibum ipsum con-  
 dientes. Deniq; & dijs ipsis propinatum tantae  
 vindictae fautoribus. Quod hic exclamem: nihil  
 habeo: ni forte immaniora his: & ab natura homi-  
 nis alieniora subiunxerim. Maiores mei pulsi pa-  
 tria: domesticas obsidiones: munitionem sibi Exemplum domesticum  
 constituerant in agro ac solo proprio: turrimq;  
 ibi ex lapide aedificauerant: qua munita: vxores: li-  
 beros: remq; familiarem omnem ibidem tueban-  
 tur. Inde q; aduersarios & suis & clientu atq; ami-  
 corum opibus infensius laceſſebant. Forte acci-  
 dit quod tunc res sic ferebant vt socijs ab hosti-  
 bus suis grauitur oppressis viri suppetias ferrent:  
 paucis praesidiarijs: cum mulieribus ac paruis li-  
 beris relictis: qui munitionibus ac turri praesidio  
 essent. Hoc comperto aduersarij summis conati-  
 bus munitiones repente aggressi eas per vim ca-  
 piunt. ac propugnatoribus caesis turrim aggredi-  
 untur. Proauia ibi mea duobus cum paruis liberis  
 se tuebatur. Accedunt germani fratres: factionis  
 alterius principes. hortantur deditionem vti faci-  
 at. Illa deditionem pollicetur incolumibus tamen  
 ac saluis infantulis. Negatur a fratribus conditio.  
 Res a gladijs ac sagittis ad incendium venit. Ibi  
 infelix matrona: quanq; supra sexum fortissimo  
 pectore: in abditiorem se se locum includens cu

De Immanitate.

utroque filiolo: fumo ac flammis enecta exuritur: caruitque (fraternam ob impietatem: factionisque immanes animos) sepulcro. Quorum ego puer cines (siqui reliqui esse poterant) collectos: Christiana matre id procurante: per eos: qui tunc aderant clientes in sanctum ferendos: ac collocandos curavi. Quamvis autem domesticum hoc factum tacendum fortasse satius fuisse videatur: fateri tamen liceat: ut Aurienta proavia mea nihil muliebri in sexu aetas illa fortius atque in liberos suos indulgentius vidit: ita nihil eius fratribus fuisse execrabilius: aut humana ab natura diuersius: quin in sanguinem suum ipsum nihil prorsus perniciosius: magisque truculentum atque efferatum. Omnino igitur in victoria temperandum: adhibendusque vindictae modus. Ut si parcere noluerimus: non tamen impellamur ad feritatem. Cum haec ipsa belluae sit: humanitas vero hominum: generosissimisque cuiusque maxime.

Christiana  
mater Pon-  
tani  
Aurienta  
proavia

SCHOLIA.

Cyrus

Aurum sitisti. Iustinus aliter. Caput enim inquit libro primo, Cyri amputatum in utrumque humano sanguine repletum conijci Regina iubet cum hac exprobratione crudelitatis Sacia te sanguine, inquit, quem sitisti, cuiusque insatiabilis semper fuisti Apud Halicarnasum Cyro mortuo sic insultat, Tu quidem meum viuentis & in pugna victricis filium perdidisti dolo caprum, At ego te prout interminata sum cruore saturabo. Oro, Orosius cap. 8. secundi Iustini verbis subscribit.

Iustinus

Halicar.

Orosius

Mithridates

Mithridatem. Hic paternos maiores suos a Cyro Darioque conditoribus persici regni, maternos a magno Alexandro ac

- Secundus** Nicanore Seleucoq; Imperij Macedonici conditoribus referebat. Plinius iunior dicit eum a septem Persis oriundum, magna vi animi ac corporis vt sex iuges equos regeret, Inter cetera Michridati natura vel ingenio tributa id vnum habetur maximum, quod duarum & viginti gentium rex, totidem linguis iura dixit, pro contione singulas sine interprete effatus. Autores, Plinius, Gellius, Valerius, & Solinus.
- Iustinus** Aquilio Romano. Scribit Iustinus libro. 38. quod Aquilio & Malchinio simul cum Nicomede non magno labore pulsis, omnem enim orientem aduersus Romanos armarat, multum auri argentiq; studio veterum regum magnumq; belli apparatus inuenisse Michridatem, cuius ea magnitudo fuit, vt idem refert lib. 37. vt non sui tantum temporis verum etiam superioris ætatis omnes reges maiestate superauerit, bellaq; cū Romanis per. 46. annos varia victoria gesserit. Nec mirū quidē, nam, 56. annis Michridates regnauit, Plinio autore. c. 2. li. 25.
- Plinius**

De immanitate in quam incidunt prætores: & qui vindicandis criminibus præsident.

**C**VM vero aliud vincere sit atq; vlcisci: aliud punire atq; afficere supplicij: illudq; sit bellum: atq; inimicitias exercentis: hoc vero iudicis: ac ciuilibus institutis seruandis præpositi. Iudices interdum quosdam videas: præfectosq; criminibus puniendis: qui nō voluptatem modo capiant e supplicij: verum quo punisse gloriari possint q; plurimos: noua & inusitata torquendi genera adinueniant: quibus non modo quæ factæ: verum etiam quæ infecta extorqueant. Nobis adolefcentibus hoc siue sæuitiæ: siue immanitatis genere in vniuersa Italia nobilitatus atq; horribilis

h

De Immanitate.

Nico. Porcinarius Aquilanus. Itaq; & iudices ipsi: vindicesq; ciuiliū criminū facile ab seueritate ad immanitatem transeunt: vt hac ratione ( cum sint administrandæ iusticiæ præpositi ) efficiantur vel maxime iniusti: ac rectiore fortasse: propriaq; magis appellatione summe immanes. In summis enim supplicijs vix iniustum aliquid: quod non sit idem immane. dum sit id tamen voluntarium: ac cum voluptate & gestientia. Visæ sunt quoq; & videri possunt leges quædam & ipsæ immanes: quibus condendis: non id mihi videtur fuisse consilium conditoribus: vt ab homine: dignisq; homine moribus discederent per crudelitatem: verū vt ciues detererent pœnis immaniter propositis. Qualis lex illa duodecim tabularum: qua licitum erat creditori: pro debita pecunia membrum sibi capere ex corpore debitoris: vt puta centenis pro sextertijs aut manum: aut pedem. Florentinus magistratus ciuem eum: qui impotenter vim iniuriamq; pro libidine in ciuem exerceat: nec commonitus temperet: decreto publico grandem statuit: id autem est quasi tyrannū aut hostem publicum decernere. vt liceat cuiuis inuentum illum aut ante solis exortū per urbem incedentem: aut post occasum impune occidere. Tantum in eo populo studium quondam fuit equabilitatis tuendæ: seruandæq; inter ciues communitatis. Quo fit vt hodiennō rem publicam vo-

Lex xij. tab.  
de tollendo  
membro.

Grandem  
statuere

cirent liberum ipsum ciuitatis statum: atq; guber-  
 nationem: verum commune: & quod publicum  
 est: id communitatis esse dicant, rerumq; omniu  
 summam tum ad commune: tum ad communita-  
 tem indifferenter referant. Ferdinandus Neapo- Ferdināduſ  
 litanorum rex: qui ceruum: aprumue occidissent rex venator.  
 furtimue: palamue: alios remio addixit: alios mani-  
 bus mutilauit: alios suspendio affecit: agros quo-  
 q; serendos interdixit dominis: legendasq; aut  
 glandes: aut poma: quæ seruari quidem volebat  
 in escam feris ad venationis suæ vsu. Secus qui Perduellio  
 fecisset: in eum non aliter sæuitum: q̄si perduellio- nis reus  
 nis esset reus. Corradus Trincius: qui Fulginæ Corradus  
 in Vmbria imperitauit: cæso Nicolao eius fratre Trincius  
 a præfecto arcis Nucerinæ: ob adulteri suspicio-  
 nem: præfectum ipsum ita expugnare aggressus  
 est: vt ille amissa tandem omni spe euadendi: in-  
 terfectis prius vxore ac liberis sese e summa turri  
 deiecerit: ne viuus in Corradi potestatem perue-  
 niret. Itaq; Corradus deceptus opportunitate in-  
 viuum illum sæuendi: quotquot familiares: co-  
 gnatos: amicos: notos: quicq; cum illo consuetudi-  
 nem exercuissent aliquam: captos: cruciatosq; ad  
 excarnificationem: ad vltimum comminui in fru-  
 sta: exenterariq; imperauit: ac per sentes: maxime  
 frequentium viarum sepes ac margines. eorum uſ-  
 scera intestinaq; suspendi: ac passim dispergi. vt  
 neq; aut vindictam appellare hanc possis: aut pu-

Fidiculæ  
Gemoniæ

### De Immanitate.

nittonem. Neronianæ illæ fidiculæ etiam dictæ sunt horribiles: tractaq; in Gemonias vinctæ cadauera: atq; in suta mortuorum corporibus: viuentiū corpora. Quæ quidem ipsa: aliæq; huiusmodi id efficiunt: nullius vt belluæ feritas humana existat feritate maior ac truculentior: Vtq; nullo possit pacto magnanimus quispiam esse: cuius in animo ira quidem regnet: ac vindictæ reponendæ acrius studium: aut in capiendis supplicijs: insectandisq; criminibus atrocior censura.

### SCHOLIA.

Decem uiri

Duodecim tabularum. Fenestella titulo de decem uiris Fenestellæ legū ferendæ: causa creatis memorat ob quas causas, tres legati Athenas mittuntur / qui in clytas Solonis leges scriptas referrent, iuraq; & mores aliarum ciuitatū noscerent, decem uirosq; constitutos, qui ex græcis legibus allatis & patrijs consuetudinibus Romanas leges conderent, scriberent, & publicarent. Liuius item meminit li. 3. & Dionysius .10. quantum fenestellæ authorum iuriconsultus ex xviris fuisse Hermodorum quendam Ephesium exulantem in Italia retulit ex aliorū sententia. Dionysius tamen libro .10. Hermodori in commemoratione decem uiros nullum Hermodorum nominat. Nomen autem .xij. tabularum sortitæ sunt, quod primo in decem tabulis eburneis. vt Iuriconsultus, siue æreis, vt Liuius & Dionysius volunt, mox additis duabus, præscriptæ populo ad concionem aduocato legendæ exhibebantur. Hæc diffusius præceptor meus iuriconsultorū eloquentissimus Vdalericus Zasius in luculentissimis commentarijs suis in l. 2. ff. de orig. iur. & diligenter & fideliter adnotauit.

Liuius  
Dionysius

Zasius

Perduellio  
qui

Id autem est. Exponit quid sit grandem statuere. Perduellionis. Læsa Maiestatis reus perduellio dicitur Vlpiano.

- Platina** **Corradus Princius.** Hic successit Vgolino Princio Fulginæ floruitq; sub Martino quinto. contra quem Brachianas partes secutus est. Lege Platinam, Sabellicū & Volaterranū.
- Sillius** **Fulginia.** Vrbs sita in medio campi, qui est inter Spoletū & Perusiam, quondam sine mœnibus erat, nunc autem muris egregie cincta, & ædificijs ita ornata vt vmbriæ ciuitates facile superet, ait interpret Silli, qui libro. 8. meminit Fulgito in cathalogo urbium, ibi. His vrbes arua.
- Plinius** **In Vmbria.** Vmbrosum gens antiquissima Italiae existima tur, vt quos Vmbros a Græcis putent dios, quod inundatione terrarum hymbribus superfuissent. Autor est Plin.
- Ptolom.** **Arcis Nucerinæ.** Quatuor eius referuntur nominis in Italia. Vna in Apennino sita, alia in Campania, tertia item in Apennino prope Mutinam, quarta in Apulia, Nuceria Apulorum Ptolomæo vocata, alijs Luceria.
- Spiegel** **Neronianæ fidiculæ.** Instrumenta torturæ a Nerone excogitata. Numerantur etiam inter genera tormentorum fidiculæ, de quibus in cōmentarijs Strauostichon late scripsimus.
- Spiegel** **In Gemonias.** Apud populos etiā peculiare extitisse carceres, quorum nomina vltro citro se offerunt in Reuchlinianis progymnasmatibus enarraui, vt apud Athenienses Barathrum, Mecyon apud Syracusanos. Gemoniæ schalæ apud Romanos, & Coraces apud Archadas.
- Spiegel** **Auaritiam maximum esse fomitem immanitatis.**
- I**Am vero auaritia vt plurimorum est viciorum fomes: sic etiam & immanitatis: præsertim vbi fuerit ambitioni coniuncta. Qualis autem ea sit: ne tibi Virgilianum illud dictum parum esse verum videatur.
- Spiegel** **Quid nō mortalia pectora cogis, Auri sacra fāes: hoc accipe non exiguum eorum esse numerum;**



De Immanitate.

Parentes tol- qui dum paternę successioni pauculos menses di-  
 lere lationem ferre nequeāt: parentes suos sustulerint.  
 Pygmalioēs Perq̄ multi quoq; inuenti sunt Pygmaliones: in-  
 Polymnesto numerabiles etiam Polymnestores. Tabulę tum  
 re: Syllanę: tum etiam triumuirales: nullum profe-  
 Tabulę Syl- cto existit immanitatis genus: quod non sint aut  
 lanę. complexę: aut etiam prætergressę: siue ob domi-  
 Triuuirales nandi libidinem: siue ob spoliandi cupiditatem:  
 siue ob irę ac vindictę sitientissimam rabiem: si-  
 ue etiã in grassationis voluptatem: excarnifican-  
 diq; oblectamentũ: gestientiam: atq; ingluuiem.

SCHOLIA.

Auaricia  
 not.

Plurimorum viciorum. Non est species mali, quam hęc  
 virosus fomes non proferat, vt admodum certum sit, quod  
 spiritus locutus est in Paulo ad Timotheum cap. 6. primę. Cę-  
 rerum qui volunt direfcere, incidunt in tentationem & laque-  
 um & cupiditates multas stultas ac noxias, quę demergũt ho-  
 mines in exitium & interitum. Siquidem radix omnium malo-  
 rum est philargyria, hoc est vt Erasmus vertit studium pecu-  
 nię siue auaricia vt Ambrosius legit, quam quidem dum appe-  
 tunt aberrauerunt a fide & seipsos implicuerũt laboribus mul-  
 tis. Pecunię studium quod summo opere sapientes fugere oportet  
 iuxta Sallustium est radix illa & non ipsa pecunia. Appo-  
 site igitur vertit philargyriam Erasmus studium pecunię, pro  
 quo alij habent cupiditatem, quę aliarum item rerum est vt  
 glorię, imperij, voluptatum, vindictę. Nec possum præter  
 ire silentio quod prudenter Seneca inquit, Multum esse, diui-  
 tiarum contubernio non corrupti, & affluentibus hinc inde  
 diuitijs viciorũ fomitibus animum seruare inconcussum, Qua-  
 lem sophistam Herodem in summa rerum affluentia in ysum  
 liberalitatis collata seruasse legimus, Quod sciret τὴν ἑλπίδα  
 ὑψίαρ μνησπολιῶν εἶναι πᾶσι κακίᾳ. Id est Auaritiam  
 esse totius viciositatis metropolim.

Rotero-  
 dam.

Salust.

Seneca

Cupiditas.

**Coniuncta ambitioni.** Immoderatae laudis cupiditati, **Ambitio**

Est autem ambitio quum ad publicos honores & magistratus turpibus atq; inhonestis artibus & blanditijs, precibus, adulationibus, largitione contendimus. At scdm Dionysij sententiam est inanis gloria sequens imaginem decoris & desiderij exitialium uoluptatum. Claudianus cecinit ambitionem esse, auaritia nutricem foedissimam, quae vestibulis foribusq; positu Excubar, & pccis comertia pascit honorum pulsa simul.

Vergilianum dictum, Aeneid. lib. 3.

**Pygmaliones.** Pygmalion Didonis frater Sicheum maris **Pygmalion**

tum suum necauerat, ut illius thesauro potiretur, Dido tamen somnio monita, ut scribit Appianus, pecunijs in vnum congestis in Lybiam nauigauit, & illic ubi nunc Carthago est con-

sedit, Syllius in principio primi

Pygmalioneis quondam per caerulea terris,

Pollutum fugiens fraterno crimine regnum

Fatali Dido Lybies appellitur orae

Tum precio mercata locos noua moenia ponit

Cingere, qua lecto permissum littora tauro.

**Polymestoris.** Polydorus priami filius missus a patre ini- **Polymestor**

rio belli cum magna vi aui ad Polymestorem Thraciae Regem generum tutelae gratia, ab eodem auaritia gratia trucidatur, autor est Virgilius in 3. diuini operis libro ibi. Hunc Polydorum auri quondam &c.

**Tabulae Syllanae.** L. Cornel. Sylla foelix ob successus ap- **Tabulae Syllanae,**

pellatus, primus fuit apud Romanos, qui tabulam proscriptionis proposuit, de qua Plutarchus in vita Syllae ad finem Plinius cap. 43. li. 7. & sequen. Item Florus cap. 21. li. 3. Proposita est, inquit, ingens illa tabula, & ex ipso equestris ordinis flore ac senatu duo millia electi, qui mori iuberentur, noui generis editum.

**Triumuirales.** Syllam tanq; magistrum imitati Augustus, **Triumuirales**

Lepidus & Marcus Antonius in aduersarios suos proscriptionis tabulas proposuerunt. Vnde Florus ait cap. 5. lib. 4. sic refert, Nulla bono more triumuiratus inuaditur, oppressa atq;

Claud.

Syllius

Maro.

Plutarch.

Plinius

Florus

Florus

De Immanitate.

mis respublica redit Syllana proscriptio &c. Meminit Plutarchus in Antonio. Plutarchus

Homines duplici modo immanes fieri & ab impetu venereo: & ab impetu sanguinolento.

Beluarū genus duplex

**B**eluarum duplex cum sit genus: earum scilicet: quæ solo gradiuntur: nec vna quidem natura pastus: sed aliæ tantum pabulo alantur: frugibusq; ac fruticibus: aliæ carne ac cruore. Vtrumq; tamen genus salax est: atq; in libidinem pronum. Et in primo quidem genere numerandæ sunt capræ: oves: alini: sues: quicq; facile dominantur: equi: bouesq;. In altero leones: ursi: tigrides: elephanti. Licet ex his quoq; arte tamen multa: temporeq; non exiguo non rari mansuescant. Itaq; pecuum omne: ac caprinū genus licet in Venerem ruat: in feritatem tamen sanguinolentam vix vnq;. At ursi: leones: tigrides: elephanti: quin etiam tauri: canes item in Venerem pariter ac rabiem incensi ferti solent: atq; in feritatem: rabidaq; voluptates ac pastus. Itaq; duplex & ipsa feritas est: & quæ Veneris tantum rapitur impetu: & quæ rabido ac cruento. Nam & Molossici canes: quicq; maiore sunt statu corporis: canes minores quasi alterius generis morsibus distractos dilaniant. Homines igitur in feritatem delapsi du

Duplex feritas  
Molossici canes

plici & ipsi modo immanes fiunt: & Venereo ab impetu: & rabioso ab illo ac cruento appetitu. Ita q̄ non solum per sanguinolentiam ac cruentationem: verumetiam per vsum libidinis: quinetiam & pastus: perq̄ victū ipsum immanes efficiuntur. De cruentatione autem quoniam multa quidem diximus: reliquum est: de rebus vti dicamus Venereis: post etiam de pastu.

## SCHOLIA.

Belluarum duplex. Lege Aristotelem de natura animalium, cuius libros beneficio Theodori Gazæ habemus & foeliciter & erudite latinitate donatos, admodum lectu dignos, cū quod doctissimus ille Barbarus eos efferat laudibus, tum qd̄ omnino nulla pars vitæ humanæ est, quæ non suorum officiorum exempla commodissime ex eis accipere possit.

De natura animalium libri Arist. commendantur

Hermolaus

Molossici. Probatissimi canes sunt Molossici & Spartani, præstant Molossici robore, at Spartani & Crerenses & sagaces ac præsentanei, nec velocitate degeneres. Virgil. in 3. Georg. a cremq̄ Molossium Pasce sero pingui, Horat. in Cæpodo Nam qualis aut Molossus. Seneca in Hippolyto. Teneant ac cres loca Molossos, Qui a Flacco scite & apposite amica vis pastoribus nominantur, Quum per eos & a lupis & a furibus tui reddantur. Hinc & custoditicij dicti sunt.

Molossici

Maro.  
Horat.  
Seneca

De immanitate quæ versatur circa Veneream voluptatem.

**I**gitur & pecora & animalia quæ dicuntur mutata: miscentur matribus nullo habito concubitus discrimine: aut lege seruata. Quocirca qui homines matribus miscentur: aut fororibus: & quibus coniugi lege vetitū est: & cautum: imma-

De Immanitate.

Iupiter

nes hi potius dicendi uidentur: quæ libidinosi: aut in  
temperantes. Ne uero Iouem illum optimū maxi-

Drusilla

mum ad diluendum citemus incestū: nuptiasque  
sororias: excusare satis illum possunt tum Ægyptij  
reges Ptolemæi: tum Romani Augusti: præcipue  
que Caius Caligula: qui sororibus suis omnibus stu-

Perse  
Mauri

pro se miscuit: Drusillamque a marito abductam:  
quam tamen virginem prætextatus uiciauerat: iu-

Mahometus

stæ uxoris loco habuit. Quid qui genere abutuntur  
suo: relictæque aut aspernata potius muliebri copu-

Fr. Scarola

latione in mares incenduntur: puerorum foedati  
amoribus ac libidinibus: Apud Persas: filios ma-  
tribus olim matrimonio iungi mos fuit. Apud  
Mauros: & qui Mahometi nunc sequuntur nefas-  
rias institutiones: uix est discrimen aliquod libi-  
dinum: siue in pueros: siue in cognationem. Fa-  
miliaris meus Franciscus Scarola legatione ali-  
quando apud regem Africæ functus est: missus  
eo a Ferdinando rege Neapolitanorum. Is autem  
cum initus aliquando inter nos esset de gentis e-  
ius intemperantia sermo: uidisse se Tunete retulit  
mulierculam: quæ filium deferret ad sacerdotem:  
quæ is eam cognosset: Atque ibi tum sacerdotem de  
ritu gentis ac sectæ eius dixisse ad eos: intellecta  
causa (quasi materno a vinculo & matrem solue-  
ret & filium) Ne tu posthac mulier fueris illi ma-  
ter: neue tute ipse adolescens ex hoc die fueris illi  
filius. Ac si de cætero soluti ab omni iure: libere

inter sese exercere libidinem & possent & lice-  
ret. Marinus item Minerua notus vir functus eo-<sup>Marinus Mi-  
nerua</sup>  
dem munere apud regem alium Africae: nō semel  
in coetu quoq; probatissimorum hominum refer-  
re est solitus: esse diem quendam Tunete solen-<sup>Tunis</sup>  
nem & sanctum: quo in die extra urbem certum  
in locū conueniat omnis fere multitudo ad pro-  
miscuam cum maribus Venerem exercendam.<sup>Sportus  
Augustus</sup>  
Sporum puerum Nero Augustus in muliebrem  
conatus est naturam vertere: exectis testibus. O  
Imperatorem Romanum: ac gentium dominum:  
rerum naturæ tam nefarie inscium: qui marem se  
in foeminam versurum existimaret. O populum  
ignorantissimum pariter atq; improbissimū: qui  
solenni nuptiarum die in officio affuerit Hyme-  
næum celebranti. Sigismundus Malatesta: qui nō<sup>Sig. Malat-  
cesta.</sup>  
exiguæ parti Æmilie imperitauit: quæ nunc est  
Romaniola: filium suum Robertum cognoscere  
tentauit. Verum ille in patrem stricto pugione a<sup>Att.</sup>  
scelere se vindicauit. Idem Sigismundus incensus  
forma Teutonicæ cuiusdam matronæ Romam e  
terra Germania proficiscentis piaculorum gratia:  
vtq; diuorum templa Petri & Pauli visitare: eam  
suos per fines iter facientem aggressus: nulla cum  
ratione viuæ afferre vim posset: iugulauit: iugula-  
tamq; cognouit. Quid q; e filia eundem sua pro-  
lem suscepisse manifestissimū quidem est. Quid  
igitur videre immanius coelum potuit. Sed vidit

De Immanitate.

tamen: & videt quotidie etiam immaniora. Nec  
coelum tamen ruit: diuinæq; dormitat patientia/  
verius q̄ prospicientia. Quo autem scelestiora  
hæc ipsa appareant: referam quæ ego ipse ex aduer-  
so & vidi: & testor: & per sancte etiam iuro. Fuit  
**Catella** mihi in delicijs catella nomine Capuana: quã etiã  
**Camusi** versibus celebraui: de genere catulorum eorum:  
qui Camusi dicuntur. Erat eius proles Asterion  
omnium catulorum formosissimus pariter ac ni-  
tidissimus. Aduenit tempus gestiendi: eam ego  
alijs ne misceretur canibus: in abdito cum Asteri-  
one concludi iussi: quo ex utroq; soboles procrea-  
retur. Nunq̄ passa est mater a filio se iniri: & quã-  
uis meis a pueris comprehensa teneretur: nihilo-  
minus ea mordicus pueros a se reiecit: & in filiam  
illata: illum dentibus male habuit. Ioannem Vi-  
**Vigintimilius** gintimilium Marchionem Giraciensem memini  
narrantem fuisse sibi equam appime nobilem &  
celeritate & robore: cumq; ineundam eam a filio  
procuraret: admittere illum ad coitum: matrem  
nunq̄ voluisse: adhibitaq; cum ars fuisset: in te-  
cto filio alius pili corio: ornamentisq; alijs quibusdã  
obuoluto: deceptam matrem passam tandem il-  
lum esse. At vbi artem intellexisset: vidissetq; or-  
namenta & corium filio detrahi: tum eam in do-  
lorem ac mœrorem versam inedia inde ad paucos  
dies vitam finisse. Vt dicere prorsus liceat atq; as-  
seuerare: quantum illi ipsi a natura hominis descii-

erint ad belluas: tantum duas has belluas a natura ferarum ad humanam se se applicasse. Carolo octavo Gallorum rege Neapolim tenente deprehensus est e Britonum gente miles cum asina missus. Qua quidem sorde: quoque immanitatis cœno foedati sunt pastores cum primis: atque armentarij. Quæ quidem referri absque rubore nequeant. Valentia in Hispania citeriore ædes quædam sacra: Vestaliumque monasteria ita quidem patent amatoribus: ut instar lupanariorum sint. Quæ vero immane hoc sit habendum ac nefarium apud Christianos præsertim: instituta veterum Romanorum docent: & vna illa nobilis poetæ exclamatio: Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos. Quæ neque admitti sine damnabili admodum: maximeque infamæ nota possunt: tum eorum qui præ sunt rei publicæ moderationi: tum antistitum: precipueque sacerdotum aliorum: qui rerum sacrarum præpositi sunt administrationi: illisque temperandis. Huic vero ipsi tam execrabili in Venerem coitioni illud quoque accedit: maxime omnium execrabile: quod conceptos (ut diximus) foetus in utero aut medicamentis Vestales ipsæ occidunt: eijciuntque frustillatim: aut in lucem editos strangulât: in sordibusque sepeliunt latrinarijs. Nec vero ipse Sordes latrinarij. satis quidem animi certus fuerim: quo nam in immanitatis siue gradus siue genere Tiberianos illos Tiberiani pisciculos. pisciculos collocare debeam: rem profecto popu



De Immanitate.

Io Romano gentium domitore dignam: spectare rectorem imperij eius natate in piscinis ad id ipsū factis inter puerorum greges: puerosq; ipsos natantis eius (vt Suetonij verbis vtar) inter foemina versari: linguaq; ac morsu unculis sensim appetere: & quasi infantes firmiores: nec dum tamen a lacte depulso inguini ceu papillae admoueri: vt in piscibus hominum quidem partes pueri ipsi exerceant: in hominibus vero piscium. Ac si nō magistri adhibiti ad tam eximiam institutionem & ars quoq; multa fuerit: multaq; cogitatio ac cura, ne monstrosos concubitus: illorumq; repertores referam: & Spintrias illos: & Sellariam: gregesq; puellarum: atq; exolctorum vndiq; conquisitos.

Spintriae  
Sellaria

SCHOLIA.

Nuptiae so-  
roriae

Iuno

Pharaones  
Ptolomæi  
Arfacidae  
Syluij  
Murrani  
Caesares  
Augusti

In nuptias sororias. Saturnus ex Rhea sustulit Iouem & Iunonem & Neptunum. Iuppiter post eiectum patrem habenas caelestis regni aggressus duxit Iunonem, Cererem, & Themim vxores, a Iunone habuit Curetas filios a Cerere Persephonem, Mineruam a Themī vt cōmeminit Homerus & Eusebius de theologia phrygij, Ergo Iuno eadem Iouis & soror & soror, Vnde apud Senecam in principio Herculis furentis queritur Iuno, quod solebat esse soror & coniunx, nunc vero tantum sororis nōmen habere, quum locum vxoris occupent pellices. At physici Iouem ignem volunt esse, Iunonem vero aërem inferiorem, Et quoniam tenuitate hæc elementa paria sunt, fratrem & sororem appellarūt, Quia vero Iuno. i. aer est subiectus igni id est, Ioui mariti nomen dederunt.

Ptolomæi. Ægyptij Reges suos partim Pharaones, partim Ptolomæos appellarunt, vt Parthi suos Arfacidas, Albani suos Syluios, Latini Murranos, Romani suos Caesares, Augustos. De regibus Ægyptijs late scribunt Diod. & Herodot.

Homerus  
Euseb.

Seneca

Diodor.  
Herodot.

- Suetoni** **Sororibus suis omnibus.** Suetonius Cum omnibus inquit sororibus suis stupri consuetudinem fecit, plenoque conuiuio singulas infra se vicissim collocauit, vxore sua supra cubante. Addit Eutropius etiam ex vna natam filiam cognouisse. Adnotauit hic Beroaldus commodum Imperatorem, qui natus est eo die quo Caligula tanquam eundem haberet horoscopus sorores quoque suas constuprasse, concubinasque suas sub oculis suis constuprari ab amicis iussisse. Temporibus nostris, autore hoc eodem Pontano ad finem lib. 13. Rerum celestium Alexandrum. Sextum pontificem maximum secutum fortasse se Lochi exemplum, de quo hebraicis in historijs sit mentio, filiam suam & cognouisse & grauidam fecisse, opinio est & aulæ totius & vrbs Romæ vniuersæ. Quod monstrat distychon, Conditur hoc tumulto Lucretia nomine, sed re Thais, Alexandri filia, sponsa, nurus.
- Drusillam.** Sororem, Cuius amorem quanti faceret vel hac re docuit, quod post mortem eius repente noctuque ab vrbe profugiens transcursa Campania Syracusas petijt, rursusque inde properare redijt barba capilloque promisso, nec vnquam post ea quantiscumque derebus, ne pro concione quidem populi, aut apud milites, nisi per nomen Drusillæ deierauit, Ex Suetonio, cui astipulatur Seneca in libro de breuitate vitæ. Meminit latius gentilis noster Rhenanus in scholijs Senecæ de morte Claudij
- Amarito.** Lucio Cassio Longino consulari. Suetonius. itæ C. Cassius Longinus, qui Sabino successit inter iuriconsultos celebratur. Lege præceptoris mei viri doctissimi Zafij scholium in. §. Ergo Sabino concessum est. in l. 2. ff. de orig. iur.
- Prætextatus.** Adhuc puer existens, Est enim prætextatus puerorum patriciorum, hinc prætextati mores & prætextatus sermo a priscis dictus nihil obscenitatis habens, Quia prætextatus nefas erat obsceno verbo vti.
- Puerorum amoribus.** Sunt qui scribant Coelio referente cap. 30. lib. 8. antiquarum lection. Orpheum Thracæ principem omnium tanti sceleris & libidinis detestandæ repertorem fuisse, Astipulatur Ouidius his versibus, Ille etiam Thracum populis fuit autor, amorem. In teneros transferre mares, citraque iuuentam Etatis breue ver, & primos carpere flores.
- Drusilla**
- Cassij**
- Prætexta**
- Orpheus**
- Sueton.**  
**Seneca**  
**Rhenan.**  
**Tranql.**
- Zafius**
- Rhodiginus**
- Ouidius**

### De Immanitate.

- Thamyras** Tanta erat illorum temporum cæcitas, tantum rationalis nature nubilum, adeo immundissimi ac nequissimi spiritus ad libidinem mortalibus illudebant, Quin & spurcissimæ rei autor post mortem diuinitatis opinionem est assecutus. Nam erant & qui orphicis iniciarentur sacris. Meminit eorum Herodotus historia secunda, & de natura deorum. 3. M. Tullius, Sicut tamen qui scribunt Thamyram primum flagitiosis puerorum amoribus, ac præposteris concubitus foeditate pollurum, quæ cœpisset efflictim deperire Hymeneum Calliopes & Magnætis filium, Alij Thaloni Cretensi inauspicatæ rei initium contrahunt qui Rhadamanthum adamarit, atq; hinc in græcos alios propagatum scelus. etiam Timæus scribit. Nec iniuria Deus passus est gentes prolabi in has cupiditates foedas ac probrosas. Nam quemadmodum ipsis non est, visum deum cognitum ex huius mundi tam mirifice conditi officio agnoscere, præque oculis habere, ira vicissim passus est eos deus suis tenebris occæcaros abire in reprobam mentem, Neque enim ipsi solum verumetiam foeminae illorum oblitæ sexus sui, naturalem foeminei corporis usum murauerunt in eum qui præter naturam est. vt legimus apud doctorem gentium.
- Thalo**
- Timæus.** Iungi mos fuit. Strabo de moribus Persarum scribens. Eorum inquit, sapientes magi, quorum mos cum matribus coire. Vnde versiculus ille. Ex matre ac nato magus nascatur oportet.
- Mahometus** Mahometi institutiones. Quæ habentur in suo Alcorano, prætexuit illis incredibilem illecebram, qua facile vita capitur, remissis suæ genti Veneris & omnium voluptatum habentis. Porro Thurcarum perfidia & Mahometi lex contra Christianos excogitata factaq; est, circiter annum a natiuitate domini sexingentesimum non dei colendi gratia, sed dominandi libidine, cum Heraclius Imperator grauem, vt aiunt, exactionem in Persas & Medos statuisset. Inde ortum est perpetuum Orthodoxis cum Thurcis bellum, quo plusq; dimidia Christianorum pars absumpta est.
- Tunis** Tunete. Diximus superius Tunis oppidum vetus adhuc nomen non amisisse in sinu Carthaginensi, a quo Africanos Sidonius Apollinaris Tuniseos pro Tuneteos, appellauit in paenegyrico Antemio Augusto Consuli dicto.
- Tunisset** Torrida Tuniseos infert mihi byrsa furores.
- Tunetæi**
- Herodot.**  
**Cicero**
- Paulus**
- Strabo**
- Alcoran.**
- Sidonius**

Bap. pius Quem locum interpres enarrans Tunetum, inquit, siue ut non nulli malunt Tunitium Scipionis tempore tumulus erat editior, Vnde Scipio spectauit Carchedonios, ad Romanam classem exurendam proficiscentes. Nostra tempestate Tunetū regis Libyci ciuitas est metropolis in qua veluti ampliore, magnificentiore consuevit habitare, & Tuniseus Rex appellatur.

Tunetum  
Tunitium

Apuleius At eam sub hoc tempore Rex Catholicus Cæsar noster cum alijs plerisque Africæ regijs urbibus habet tributariam. Tunetum non sane ob hanc causam habitauerunt quod Carthagine Romano Scipione diruta carerent, illa enim denuo surrexit honora & amplifica, Quod coniectare licet Augustam, amplissimam, honorificentissimam vocante Lucio Apuleio, ex qua demum velut ex equo Troiano manarunt literarum proceres & columina, ad cuius celeberrimum gymnasium proficiterur in confessionibus contendisse Augustinus, hanc Eutropius li. 4. sedecim continuis diebus arsisse perhibet. hæc septingentesimo anno post quæ condita erat deleta est, hæc ut idem autor prodidit, Lucio Cecilio Metello & Tito Quinto Flaminio Coss. in Aphrica iussu senatus reparata est, quæ nunc manet annis duobus & viginti euolutis post quæ a Scipione fuerat euersa, copiose & exquisitè sic loquens. Liuius Tuneta perferibit li. x. de Sexto punico bello. Scipio grauem iam spo-

Carolus . v.  
Cæsar, Rex  
Hispaniarū,  
Archidux  
Austriæ  
Carthago  
Augusta am-  
plissima

Liuius lijs multis multarū urbium exercitum trahens captiuis aliisque præda in vetera castra ad Vticā missis, iam in Carthaginem intentus occupat relictum fuga custodum Tuneta, abest ab Carthagine. xij. milia ferme passuum. Locus tum operibus tum suapte natura tutus, & qui ab Carthagine conspici, & prætere ipse conspectum tum ad urbem, tum ad circumfusum mare vbi posset.

Puerum sporum. Ex Suetonio refertur. Meminit item Sext. Aurelius.

Catullus Hymeneum. Id est nuptias, quarum deus apud gentes habitus est. Græci fabulantur ex Calliope & Apolline natum, quanquæ Vraniā matrem intelligere Catullus mauult. alij Marciani foelicis autoritate Hymeneum fuisse Veneris filium male concipiunt, Quod Marcianus ne suspicatur quidem. Adnotabimus obiter illud, Hymen non esse pelliculam, qua in vterro infans circumuoluitur, sed est virginalis quædam pellis, quæ in primo costu virginis abrumptur.

Hymeneus

Hymen

De Immanitate.

- Lupanar** Lupanariorum. Pro locorum publicorum, sic enim vulgus lupanar vocat, sic & a Seneca nominatur. Adiectiue protulit Apuleius li. 9. asini aurei, Quæ suo pudore postposito, toriq; genialis calcato foedere larem mariti lupanari maculasset infamia. **Apuleius**
- Diuisio Hispaniæ** Hispania citeriore, Quæ teste Plinio Tarroconensis est. Omnis enim Hispania in vltiorem citerioremq; diuiditur. Vltior in duas per longitudinem prouincias diuiditur, hoc est Beticam & Lusitaniam. **Plinius**
- Pœna vestalium prodentium virginitatem.** Subitura sacerdos. Versus est Iuuenalis ex saty. 4. Vestalem quæ virginitatem prodiderat, in futurum est viuum suffodi, vt dicto versu Iuuenalis monstrat, sed apertius Naso fastorum sexto. Nullaq; dicetur vitas temerare sacerdos. **Iuuenalis**  
 Hoc duce, nec viuens defodietur humo. **Ouidius**  
 Sic incesta perit, quia quam violauit in illa  
 Conditur, & tellus Vestaq; nomen idẽ est.  
 Modum defodiendi Plutarch. in Numa ad longũ refert, Dionysius, Non conuenit dicens. virgines vestales corruptas virgines cæsas occidit fuisse solitas. Fenestella auror est, Quod forte negligentia vestalium sanctus ignis extinctus esset flagris a pontifice maximo cædi iubebantur. **Plutarch.**  
**Dionys.**  
**Fenestel.**
- Tiberiani pisciculi** Tiberianos pisciculos. Tiberius Cæsar pueros quos admiserat in piscina, quam parauerat delicatæ natationis gratia pisciculos vocabat, Legimus & Heliogabalum natasse in piscinis vnguento infectis aut croco.
- Femen** Inter foemina. Inter coxas & femora. Femen pro foemore accipi notum est. Virgil.  
 Eripit a femine & trepidanti feruidus instat **Maro**
- Appetere.** cum appetentia inuadere ipsius genitalia.
- Lacte depullos.** adhuc sugentes mammam.
- Fellare** Inguini ceu papillæ. Hunc locum Philippus enarrans dicit, Fellatorem symbolicos significat. Fellare verbum vetus honestum, lac enim exugere significat, Metaphoricos translatum est, ad tam rem obscœnã, vt nominanda hœnos auribus præfandus sit. Namq; fellare dicuntur illi illque qui quæue genitalia virilia intra os recipiunt, & illa proinde ac mamillas **Beroald.**

exugunt, Vnde & fellatores & fellatrices in turpi obprobrio sunt & appellatione foeda apud priscos, Qui vero genitalia huic infandae libidini per voluptatem accommodabant irrummare dicebantur, ipsi vero Irrumatores.

Sueton. Spintrias illos. Sic enim Tiberius Suetonio autore reperi- Spintriae q.  
Lampri- tores monstruosi concubitus appellabat. Lampri- dius hac di-  
dus stione vsus Libidinum, inquit, de Heliogabalo genera quaedam  
inuenit, ut Spintrias veterum malorum vinceret, & omnes ap-  
paratus Tiberij & Caligulae & Neronis vorat.

Sellariam. Quam idem Tiberius excogitauit sedem arcanarum  
libidinum in quam vndique conquisiti puellarum & exolorum  
greges triplici serie connexi inuicem incestarent se coram ipso,  
ut aspectu deficientes libidines excitaret. Caeterum Sellaria  
loca sunt sessionum, in quibus sellae sunt ordinatim collocatae.  
Pro Exoleris autem hic accipit interpretes Cynedos adultiores.

### De immanitate quae versatur circa pastum & coenas.

Parte hac explicata: quae ad infames pertinet  
atque execrandos concubitus: quibus referen-  
dis nesciam dolor ne maior mentem: an ru-  
bor animu affecerit: veniam ad pastum: per quem  
nonnunquam & ad immanitatem trahimur. Nam &  
res Veneris: & alimonia ipsa maxime nobis com-  
munis est cum belluis. Vtque illarum e numero alij  
atque alij natura aut pastus quosdam attribuit: aut  
abnegauit: sic & homini. A cuius ordine: atque in-  
stituto deflectere: quid nam est aliud: quam naturae  
ipsius rebellem fieri: Accessit generalibus naturae  
instituta cura etiam ipsa: quae rationis propria est:  
vniusque tantum hominis. Quocirca & leges coe-  
k ij

Naturae re-  
bellis

De Immanitate.

nis constitutæ sunt: nō modo quæ sumptibus modum imponerent; verum etiam quæ cauerent; ne quædam vlla in cibum via reciperentur. Nec nos condemnamus si qui fame coacti; aliquando ad esum murium: felium: talparum proruperint. Sed qui in maxima epularum opulentia: ciborumq; a natura ac lege constitutorum iubent condiri sibi aut felem: aut ciconiam: aut teterrimarum ferarū catulos. A qua quidem rationis declinatione: vsuq; communi hominum cœterorum qui edax voraxq; rapiatur: ignorem cur non & hic immanis sit ipse dicendus: & si tanta hæc ab natura ipsa declinatio ipsis minime in belluis cernitur: in quarū naturam verti per hæc ipsa iudicamur. Luxuriosum dices fuisse: fortasse & comedonem: immanem tamen neutiq; Oratorem Hortensium: q; primus sibi (vt proditū est) e Romanis pauonem parari in coenam iusserit. Et illud quoq; concesserim: vt studiosus idem perq; gulæ fuerit: & oppido nimis lautus: & conuiuialis: vt vero immanis nullo modo dederim. quamuis ad insuetos & intentatos ante cibos tractum illum: & præter hominum leges (vsu enim perpetuum hominum: legem voco) & præter necessitatem aut famis: aut morbi: quis neget? At patinas illas Vitellianas: ac Vitellij ipsius ventrem immanem si dixerim: iure fortasse dixerim: iure etiam Apicij voraginosam ingluuiem. Quali nō tanta gulæ vastitas:

Luxuriosus.  
Comedo  
Hortensius

Vsus perpetuus  
lex dicitur.

Patinae Vitellianæ  
Apicius

tanti patrimonij in ventrem congestio in immanitate: aut siquid immanitate ipsa hiantius videri possit: dehiscat. Fasianorum cerebella: lactesque murenarum: ac phœnicopterum iecinora toto quasi terrarum orbe conquisita (cum gulæ vicium atque immoderationem oppido quæ transgrediantur) videlicet immanitate carebunt: aut tetrapharmaca illa Ceioniana eadem carebunt infamia: Sed nos principum popinas desinamus perscrutari: de quorum differere in ventrem industria ac prodigiosa cum ipsi conductitium minime coquum habeamus: permittamusque iure illos suo uti: proque arbitrio moderari tam ingurgitosæ vastitatis provinciam: vniuersamque saporum ingluuiem. Dum eam tamen gulæ: ventrisque profunditatem velint sibi cum sacerdotibus quibusdam Cardinalibus Pontificibusque esse communem. Vescuntur & bruchis Æthiopes quidam & locustis. Fert hoc regio: fert usus ipse: propter rerum aliarum inopiã. Nequaquam tamen immanes ob earum esum Æthiopes. At immanis Italicus in tanta alimonie copia illis qui vescatur: qui pastus eius voluptate captus aut raritate: tanquam ad delicias ac palati lasciuientem titillationem: aut miluinã potius ad voluptatem decurrerit sitibundus ac famelicus. Fuerint tamen hæc: habeanturque ridicula quædam siue aberrantis naturæ: siue in gulam ac palatum resolutorum hominum. Apposuit Persarum immanissimus Rex

Fasiani cerebella  
brum  
Lactes murenarum.  
phœnicopterum iecinora

Bruchus  
Locustæ



De Immanitate.

- Harpalus Harpalo patri liberos epulandos: offensus ipse il-  
lius optimis commonefactionibus ad regiae hu-  
manitatis: placabilitatisq; dignitatem retinendā.  
Atq; inter edendum subinde percontabatur: lau-  
tæ ne essent epulæ: opiperum ne condimentum:  
placeret ne ciborum concinnatio ac saporum: Vt  
q; patrem ipsum plenum iam abunde vidit: libe-  
rorum capita in lancibus afferri in mensam ante  
oculos illius iussit: & an satis comiter acceptus es-  
set interrogat, ne tibi fortasse Thyestæ illæ coenę  
commentitię videantur ac fabulosæ. Ad aspectū  
igitur tam foedum: immanem: incogitatum: regia-  
amq; ad interrogationem (ne Harpali non recen-  
seatur responsum) huiusmodi illud quidem fuit:  
vt vultu q; maxime potuit composiro diceret: om-  
nem apud regem coenam periucundam esse. Quo  
circa in hoc tam nefario: nunq; ante alias comper-  
to scelere Tragicum illud opportune ex Anneo  
obijciam:  
Quis Colchus hoc: quis sedis incertæ Scythia  
Commisit: aut quæ Caspium tangens mare  
Gens iuris expers ausa: non Busiridis  
Puerilis aras sanguis asperlit feri.  
Non parua gregibus membra Diomedes suis  
Epulanda posuit.  
Nec vero patrem: immanitatis damnabimus:  
quippe qui ignorans deceptusq; epulabatur: incoe-  
licitatem fortasse suam augurans: verum Solem

Seneca

Sol

ipsum miramur potius: non retrouertisse gressus  
 suos: non obuoluisse profundissima etiam caligine  
 radios: lucemque obtexuisse squaloribus: ne truculentissimi regis facinus tam immane videret:  
 cocenamque adeo execrabilem. Arenis Cambyfes in *Cambyfes*  
 medijs cum omnia victui necessaria defecissent:  
 etiam fruticum atque herbarum radices: decimum  
 quemque: militem sortiri in alimentum iussit: fame  
 iraque pariter in præceps agitatus: donec parte ex-  
 ercitus amissa: parte etiam comesa: & ipse timuit:  
 ne ad sortem vocaretur. Tradunt historiae popu-  
 los quosdam alios sese in ignem coniecisse: alios *Att.*  
 mutuis vulneribus inter se confectos: ne in hostium *Quæ speciẽ*  
 potestatem viui peruenirent: alios iacta sorte in- *immanitatis*  
 ter ciues: aliorum morte vitam remanentium su- *pre se ferant*  
 stenasse. Immanitatis tamen hi carent crimine. ne *cũ tamen nõ*  
 que enim finis eorum ac propositum fuit aut cruen- *sint in gene-*  
 tatio: aut vindicta: aut voluptas aliqua inde quæsi- *re immanita-*  
 ta. Itaque ad atrocitatem potius ac pertinaciam refe- *tis*  
 renda: tamen si non exigua e parte ad id spectare  
 cernitur: quo ea ratione hosti voluptas eripiatur:  
 qua in re ira potissimum sibi locum facit. Accedit *De his vide*  
 tamen & consultatio & electio: consensusque civium *autorem in*  
 omnium: qui legem quasi quandam videatur con- *li. primo de*  
 stituere. vt non ex ira: indignationeque magis quam *prudencia*  
 publico ex decreto id fecisse intelligantur. Nam  
 qui se ipsos conficiunt aut gladio: aut inedia: aut  
 veneno: in his partim ignauia ac meticulositas:

De Immanitate.

partim vitæ tædium ius exercet suum: partim ve-  
lania: aut furor. Vt quamuis actio ipsa iudicari im-  
manis possit: illi tamen ipsi immanes suo ac pro-  
prio nomine minime fortasse sint dicendi.

SCHOLIA.

Hortensius  
Hortensius

Oratorem Hortensium. Hic in eloquentiæ campo Cice-  
ronis æmulus fuit, vel huius magis Cicero, quem tamen breui  
superauit. Hortensius & Hortensius sicut Megalensia & Mega-  
lesia utroq; modo huiuscemodi nomina dicuntur, Ex ortho-  
graphia Velij tum etiam exemplo marmorum antiquor;.

Piscinarij

Quod primus. Marcus Varro de agricultura lib. 3. scri-  
bens de pauonibus in villa nutriendis sic ait. Primus hos, Q.  
Hortensius augurali coena dicitur posuisse. Quod potius factu  
tum luxuriose q; seuerè boni viri laudabant. Sed & Macro-  
bius cap. 7. 3. satur. de eodem sic. Hortensius platanos suas vi-  
no irrigare solebat adeo, vt in quadam actione quam habuit  
cum Cicerone suscepta precatio a Tullio postulasset, vt loci  
dicendi permuraret secum. Abire enim in villam se ait vinum  
platano quã in Tusculano posuerat suffundere velle. Fuit præ-  
terea vestitu vitæq; mollis. Nam ut bene amictus iret faciem  
in speculo quærebat, vbi se intuens togam corpori sic applica-  
bat, vt rugas nō forte sed industria locatas artifex modus ad-  
stringeret, & sinus ex composito defluens modum lateris ame-  
biret. Is quondam cum incederet elaboratus ad speciem, cole-  
legæ de iniurijs diem dixit, quod sibi in angustijs obuius of-  
fensu fortuito stricturam togæ destruxerat, capitale putauit  
quod in humero suo locum toga mutasset. Hunc & L. Philip-  
pum quod lauticiæ præsertim piscinarum delectarentur, Cice-  
ro Piscinarios vocare solebat.

Patinæ Vi-  
tellianæ

Patinas Vitellianas. Refert Plinius li. 35. cap. 12. Aulum Plinius  
Vitellium in principatu suo ducentis sextertijs, vel vt alij ta-  
lentis decem patinam condidisse, cui faciundæ fornax in cam-  
pis exædificata erat, eoq; luxuriam peruenisse vt etiam ficti-  
lia pluris constent q; Murrhina. Budeus hunc excutit locū Pl-  
nij li. 4. de Asse. Tacitus quoq; de luxu Vitellij loquens li. 17. Tacitus

ipse abunde raturus, Si presentibus frueretur, nec in longius con-  
sultans nonies milites festertum paucissimi mensibus inter-  
uertisse creditur.

**Ventrem immanem.** Et Tranquillus eum appellat homi-  
nem profundae non modo sed intempestivae quoque ac sordidae  
gulae, ne in sacrificio quidem nunquam aut itinere villo temperas-  
se, quin inter altaria ibidem statim viscus & farra pene rapta  
e foco manderet.

Plinius

**Iure etiam Apicij.** Sermo est Amphibologicus instar io-  
ci huius Ciceroniani. Ego coque tibi iure fauebo. Apicius Pli- Apicius  
nio vocatur Nepotum gurgis, Libros autore Suida conscri-  
psit de gula.

**Lactes.** Autore Prisciano sunt intestinorum partes, cuius sin-  
gulare est haec lactis. Lacte vero idem quod lac est. Nam an- Lactes  
tiquissimi eodem autore sic protulerunt. Plaut. in Menechmis Lacte  
Nec aqua aquae nec lacte lacti crede mihi usque similius.

**Tetrapharmaca.** Apud priscos pharmaca simplicia magis  
in usu fuisse apud nos frequentius composita, Quae illi tetra- Pharmaca  
pharmacum, hecapharmacum, eneapharmacum dicebant.

**Caenioniana.** De his nescio quid referre, puto locum depra-  
uatum, & legendum Caenionis a Caenonio prisco qui fuit Ti- Caenionius  
berio a voluptatibus. Autor est Suetonius.

Sueton.

**Et locustis.** Plinius non vno loco testatur populos quosdam  
locustis vivere, sole siccatis, quo animante diuum Iohannem  
Baptistam videri constat, Attestatur Hierony. super Ionam  
prophetam dicens, Quod mihi ( inquit ) videntur & locustae  
significare, quibus vesceretur Ioannes, infirmas habent alas  
de terra quidem surgentes, sed alius non valentes euola-  
re. Idem lib. 1. contra Iovinianum. Rursum orientales & Ly-  
biae populos quia per desertum & calidam eremi vastitatem  
locustarum nubes reperiuntur, locustis vesci mors est. Hoc ue-  
rum esse Ioan. quoque baptista probat. Sunt tamen quibus non  
videtur esse simile vero Ioannes tam vili cibo usus fuerit. Quasi  
vero magis conueniret ( vt Roterodamus ait ) eum placentis  
ac murenis aluisse. Adde quod apud Leuiticum inter animalia mun-  
da & quibus vesci licitum fuit expresse numerantur. Porro brus-  
chus vermiculus est haud dissimilis locustae, herbas erodens,

### De Immanitate.

siue alis tamen, Horum insectorum fixuram, ætatemq; refert Aristoteles cap. 28. & 29. lib. 5. de nat. animal.

**Immanissimus Rex.** Astyages, pete hystoriam ex primo Herodoti.

**Thyestææ cenæ.** In qua filij Thyestis sibi apponebant.  
**Ex Annæo.** In Troade.

Seneca

Colchi  
Scythæ  
Anthropo-  
phagi  
Busyris

**Quis Colchus hæc.** Colchorum ferocia notissima est, item Scytharū, qui sub penitissimis septentrionibus ætatem agunt, corporibus hominum vescuntur, ideoq; nominantur Anthropophagi.

**Busyridis.** Busyris Tyrannus Ægyptius oram omnem Niloto adiacentem latrocinijs infestabat, hospitesq; enectos dijs sacrificabat. Auctor Diodorus.

Diomedes

**Nec Diomedes.** Thracum Rex in Tyrida oppido laceras carnes hominum equabus suis apponebat in præsepia, vt tradit Alexander Aphrodisæus. Nec est fabula mera, vt admodum Daniel Cremonensis, si attentam præstiteris eius lectioni fidem Ouid. in. 14. volumine repetit.

Daniel  
Ouidius

### De immanitate quæ venenis grassatur.

**A**T qui venenis grassantur: ñ mihi uidentur implese partes immanitatis omnes: siue ab iniusticia & fraude: siue ab auaritia atq; ambitione: siue ab odio ac vindicta: siue ab ira dolore: aut insita ab crudelitate: siue ab voluptate ac delectatione: siue ab metu: diffidentia: aut inuidia: siue ab habendi ac dominandi cupiditate: siue ab excogitationibus demum atq; inuentis: quippe qui & ingenio & natura: ac naturę ipsius rebus abutantur in hominum perniciem: mortesq; tam sceleratas ac calamitosas. Vt de ñs merito dici sin-

gulis possit: quod de vno illo Crispino Iuuenalis.  
 Monstrū nulla virtute redemptū. A vicijis.  
 Et tamen boni illi ac sanctissimi Cæsares: quasi pa-  
 rum esset: & e cognatis affinibusq; ac familiari-  
 bus arte hac quos vellent e medio sustulisse: & e  
 senatoribus atq; honestis e familijs q̄ plurimos: *Magistræ  
foeminae*  
 passi sunt Romæ disciplinæ tam laudabilis esse  
 institutrices: ac magistras foeminas: easq; exinde  
 nobilitatum iri. Iure igitur hi ipsi monstra siue ho-  
 minum: siue naturę vocitandi sunt. Cum homines  
 ceteri quidem omnes nati sint ad cœtus colen-  
 dos societatemq; conseruandam: hi ad desolandā  
 tantummodo: & quantum in ipsis est penitus ex-  
 hauriendam. Qua in re teterrimi quidem appare-  
 ant: immanissimiq; animalium omnium: quibus *immanissimi  
omnium.*  
 nec ab arte quidem: nec a natura sensus talis insit:  
 cognitioq; perimendi. Omnino autem q̄ dete-  
 standi sit immanitas: & ob leuissima quidem cri-  
 mina serui murenis obiecti in viuarijs: & in arena *Viuarium  
Arena*  
 feris dilaniandi docuere. Hæc autem ipsa in ludis  
 spectatio: quid aliud sibi quærit: q̄ assuefacere po-  
 pulum ad pascendos cæde atq; excarnificationis  
 bus oculos: animosq; ipsos alendos eiusmodi  
 cruentatione ac sagina. Non desunt tempestate  
 nostra qui siue principes populorum: siue vrbiū  
 domini de vita ac sanguine pugnare volentibus  
 singulari certamine: ijs intra fines suos ius atq; ar- *Singulare  
certamen*  
 bitrium permittant decernendi: quin se se ipsos &

XIXXII De Immanitate.

Spectatores præbeant & iudices certaminis: Quo-  
rum consilium neutiq; improbauerim: si eo spe-  
ctet: uti pugna inita: remissisq; aliquantum irisi:  
illorum mox componant odia atq; inimicitias.  
Coeterū quid immanius: q̄ dare immanitati ipsi  
vacuum ac liberum locum?

SCHOLIA.

**Grassari** Venenis grassantur. Id est toxico hominum vitam hau-  
riunt. Grassari hodie latrocinale verbum est, quod anti qui ho-  
nestius pro tre & gradi vsurpāt, Plautus in rudente. Cū vuida  
veste grassabimur. Salustius. Animus vbi ad gloriam virtu-  
tis via grassatur habunde pollens potensq; & clarus est. Sil-  
lius Grassandum ad clara pericls. Festus autor est veteribus  
quoq; grassari pro adulari positum. Veneni etiam vocabulū  
medium est. Vnde Caius. ff. de verb. signif. Eum qui venenū  
proferret, adijcere debere ait, vtrum bonum esset an malum,  
quia & medicamenta venena sunt. Et quod nos venenū græci  
*φαρμακον* appellant, apud quos tam medicamenta q̄ ea que  
vocent pharmaca dicuntur. Antipharmacōn autem, quod &  
**Antidotum** Antidotum. alio nomine vocant id appellatur, quod contra  
pharmaca & venena datur. Vnde Platonium illud adagiū.  
Sapientem debere virtutem vicij antipharmacum habere. **Platonis  
adagiū**

**Iuuenalis.** Satyra quarta in principio.  
**Et tamen boni illi.** Legendus est hic locus per Ironiam.  
**Societatem conseruandam.** Nam solitarius, ut dicitur,  
aut nequam, aut deus. Censet Aristoteles summum esse homi-  
nis ciuili in societate agentis bonum, scdm rationem agere, se-  
q; ac res ad illam suas referre, bene videlicet constituti homi-  
nis, & in ea ætate constituti, vt norit, intelligat, sciat, quid ra-  
tio ipsa sit, quid scdm rationem agere, quid sit ipsum quoq;  
bene agere, & quam ob causam bene sit agendum, qui sit &  
qualis bene agendi finis, & quam ad metam actiones diu gen-  
dæ, cur, deniq; ad foelicitatem vndiq; contendatur.

**Singulare certamen** Singularem certamine, Id quidam duellum dici putant.

auxta vulgatum versum,

Festus

Militis est bellum fortis pugilisq; duellum.

Plautus

Cum tamen non duorum modo sed & plurium sit, Festo auctore, Qui duellum inquit, bellum dicitur, quod duabus partibus de victoria contendenti bus dimicatur. Plautus linguae Latinae pater in Amphi, victis hostibus legiones reuertunt dum duello extincto maximo atq; internecatis hostibus. Caeterum gentibus quibusdam est familiare, & si hoc ipsum ecclesiasticae leges verent, a principibus singularis pugnae copiam petere, qua victor probasse, victus autem in probatione defecisse vulgo creditur.

Bellum.  
Duellum

### De Immanitate desolandarum urbium ac regionum.

**I**Am vero vastitates agrorum: desolationes regionum ac populorum: incendiaq; & vrbes ob iram: odium: vindictaq; excisae funditus: ciuesq; ad internitionem caeli: sexusq; omnis imbellis in seruitutem redactus vel instar esse videntur immanitatis ipsius: quippe quae nulla non iniusticia: rabie in genus humanum saeuat ac debacchetur. Qualis autem ea sit (vetustiora vt omittantur) non multis ante annis Carolus docuit Burgundiorum princeps in Lige vrbe opulentissima excidenda: omni saeuitiae genere ac calamitatis adhibito: nullo pietati: nullo misericordiae: nullo deniq; religioni: deorumq; aris ac precibus hominum relicto loco. Cum praecipue ipse in omnem immanitatis exuperantiam fureret: rapereturq; in scelus quodcumq; volens: liberis: plenus cruoris: inter cadauera versatus concisorum hominum: in

Carolus burgundus



De Immanitate.

ter raptus ac deflorationes virginum: incendi-  
 tum domorum: tum sacrarum aedium: ac nunc fu-  
 niculatio: nihilationes trecentorum ac quingentorum ho-  
 minum eijci in flumen iubens: nunc vicinias ipsas  
 ferro meti ad vnum imperitans: vt nescires omni-  
 no: furor ne is maior esset: an voluptas: rabies ne:  
 an ingluuies. Illud tamen affirmare vnum posses:  
 in caedem illum: ac sanguinem tantum incumbere:  
 nulliusq; illi rei curam inesse: praeterq; excarni-  
 ficationis: ac gemitus iugulum praebentium exe-  
 ctoribus: aut in flumen fossasq; religatis post ter-  
 gum manibus projectorum.

SCHOLIA.

Carolus dux  
 Burgundiae  
 terror Gal-  
 liae dictus

Carolus docuit. Roterodamus in panegyrico hunc Caro-  
 lum belli decus appellat, vulgus autem Galliae terrorem suo  
 tempore nominauit. Cuius filia unica Maria ex Margarita Ed-  
 uardi Regis Angliae sorore Diuo Caesari Maximiliano P.F.  
 Aug. nupta paternam pro dote ditionem amplissimam attu-  
 lit, ex his genitus est Philippus, quem ille idem Roterodamus  
 monumentis suis immortalis effecit. At quod ad hunc locum  
 attinet Robertum Gaguinum Gallum quocum Auunculus  
 meus pro Caes. Maximiliano & versus & profa veritatis atno-  
 re certauit. Pontanus noster non secutus modo est, sed & eum  
 quasi exerpisse videt, Cuius verba ex libro historiae suae. 10  
 putauisubijcienda, quae super expugnatione Leodienfis ciuita-  
 tis, quae Lige Gallico ideomate nuncupatur, scripsit. Leodij  
 aduersus Ludouicum Borbonium Pontificem suum bello de-  
 certant, cuius neprem quia Carolus Burgundus vxorem habe-  
 bat, miro in Leodios concepto odio copias contrahit, mittit  
 q; per insigniora suae ditionis loca bellum Leodij indicere,  
 qui autem id negotij exequabantur vna manu exercitum gladi-  
 um, altera facem ardentem gerebant, significantes Leodioru  
 gentem igne ferroq; perdendam a Carolo fore, Et inferius.  
 Ergo irrumpentibus ferociter Burgundis Ludouicus primum

Erasmus.

Rotero.

Rob. Ga-  
 guinus  
 12. Vuim-  
 pheling.

Caesar Maxi-  
 milian.

Lige  
 Leodium  
 Lud. Borbo-  
 nius

deinde Burgundus ciuitatem intrat, sitq; mox passim occisio  
& strages, Virginibus vis, & religiosis mors inferitur, neq; in  
dulgencia vlla militum in pueros fuit, quin stupratis a se vir-  
gines crudelis fatelles iugulauit. Sacerdotes eadem hora rem-  
diuinam in templis facientes gladijs periere. Nec satiatus est  
humanus hostis, tam multa caede, praedas ex omni ciuitate &  
ex templis sacrilegia fecit, incensa postea vrbe, & muris diru-  
tis, quorum ruias fossas aequauit.

Inter cadauera. Idem Robertus autor est, Carolū vbi tem-  
plum Neellæ ingressus, in qd plurimi hostes salutis causa cō-  
fugerant, vidit cruorem humanum, exclamasse. *Necla*  
cruentos habeo carnifices, praefecto cū aliquot insignioribus  
armatis in vincula coniectis & cetera.

### De Fomentis & diuersis causis immanitatis.

**E**Xultantis autem immanitatis non vna sunt *Ira*  
fomenta. Nam & ira vehementior vbi fu-  
erit: praecipitem ira agere hominem consue-  
uit: vti in obliuionem eum sui ipsius inducat: Ty-  
rannos suspicio & conscientia illa maxime tetra-  
ae dere stabilis: etiam ad noua atq; inaudita suppli-  
cia excogitanda: incutiendis terroribus: quin etiā  
vt non raro in filios parentes: ipsiq; in parentes li-  
beri pergrassentur teterrimis quibusq; maleficijs  
ac poenis. Eisdem hos tyrannos animi impoten-  
tia: elatioq; illa: per quā omnia sibi licita esse per-  
suadent: qd vt Caligula dicebat: quaecunq; li-  
buissent: eadem cuncta licerent heroibus neq; vl-  
lis adhibere commonestionibus aures volunt:  
quin in commonitores ipsos flagrantius efferue-

*Caligula*  
*Heroes*

De Immanitate.

Seneca  
Dareus

scunt: eo trahit: vt dijs se dum assimiles videri vō  
lunt: feris ipsis tetriores efficiantur. Refert Seneca  
Dareum regem parantem expeditionem aduer-  
sum Scythas: rogatum ab Hartabazo nobili admo-  
dum sene: vt e tribus liberis: quos rex ipse secum  
duceret: vnum ei in ætatis suæ ingrauescentis iam  
solatium relinqueret: ac tanq̃ senectutis baculū:  
respondisse: plus se q̃ ille rogasset: præstiturum:  
trisq; eos vna statim ad patrem remissurum: con-  
festimq; occidi eos simul iussisse: atq; ante patris  
conspectum cruentatos abijci. Cambysem quoq;  
idem auctor refert: admonitum a Trahealpe: qui  
erat illi maxime fidus ac carus: vt in potu esset ab-  
stinenter: q; ebrietas in regibus maxime notabi-  
lis esset: respondisse: non mentem modo post vi-  
num sibi: verumetiam & oculos; & manus in offi-  
cio esse: idq; breui se comprobaturum. Cumq; li-  
beralius q̃ vnq̃ antea poculis indulgisset: iussisse fi-  
lium eius vltra limen p̃gredi: ibidemq; cōsistere:  
alleuata supra caput sinistra: euestigioq; contento  
arcu cor illius mediū sagitta fixisse: qd̃ se transixu-  
rū antea dixerat: cōuersumq; ad prēm dixisse: ec-  
quid certā ipse videretur habere manū. Hæc igit̃  
portenta de se gignit animorum impotentia: co-  
gnataq; cœlitibus ipsis potestas. Quantus itaq; ex  
ebrietate: quæq; crapulæ dicuntur: fomes accedat

Alexander

immanitati ( vt barbaros prætereamus reges ) te-  
stis est Alexander: qui educatum vna secum a pu-

teo Clitum: sibiq; etiam maxime carum inter epu <sup>Clitus</sup>  
 las manu sua transfoderit: ac si non & Lisimachū <sup>Lisimachus</sup>  
 leoni obijci iusserit: sibi perq; etiam familiarem.  
 Verum ebrietas furori est perq; similis: tamen il- <sup>Ebrietas</sup>  
 le e morbis gignitur: deterrimocq; naturæ habitus.  
 hæc autem ex animi corruptione: deprauataq; uo <sup>Furor</sup>  
 luntate. Vt ebrius quidem perinde ac furore perci-  
 tus: quid agat: nequaq; intelligat. Immanitas vero  
 ipsa (nisi voluntaria fuerit) delinat esse immanitas

## SCHOLIA.

Quæcunq; libuissent. Hinc Neronis vox illa execrabi- <sup>Assentatio</sup>  
 lis, qua gloriari consuevit, Neminem etiam ante se principem <sup>aulica</sup>  
 scisse, quantum sibi liceret. Ne hodie quidam desunt regibus,  
 qui istiusmodi quædam ad illorum aures occinant. Quid etiã  
 hæsitas? An te principem esse oblitus es? An non ius est, quod  
 tibi placuit? Tu maior legibus Regnū est non ex præscripto,  
 sed ex animi libidine viuere. Quicquid vsq; tuorum quisq;  
 possidet, id omne tuum est, Tibi liberum donare vitam, libe-  
 rum eripere, Tibi fas est addere rem, cui visum sit, fas est vbi  
 velis adimere, Quam se bene haberet si Christianis principi-  
 bus tam operose ingerentur, quæ Roterodamus in Christia-  
 no milite & quæ in singulari volumine instituendi principis  
 causa scripsit, vel saltem veluti compendio quodam celeberr-  
 mi poetæ carmina, quæ præceptor meus Zasius oportune ci-  
 tauit, in elegantissimis suis scholijs in l. 2. ff. de orig. iur. q; so-  
 let frequenter potestas principis (laxatis aliquando modestiæ  
 habentis) per blandimenta forrasse, vel supra immensum effere-  
 ri & extolli.

Refert Seneca. Lib. de ira. 3.

Dareum. Qui primus post ablatum Magorum Imperium <sup>Darius</sup>  
 Persas & magnam partem orientis obtinuit. Lege Herodotū.  
 Pontanus expressit in penultima græcismum, Nam a Græcis  
 Dareios per diphthongon scribit. Sic Picus in Staurosticho,  
 Mollī quondam regnata Dario

Fr. Picus.

Monstrat sceptrā.

De Immanitate.

Idem author. In eodem quoq; libro iam citato,

Thraheaspe. Apud Senecam legitur Traxheuxapes.

PP. deus ter **Cognata coelitis potestas.** Et nunc prohdolor cerne  
restris, re est nonnullos, qui nouo idololatrie genere inuento, docent  
quod non oportet, & insistantur quod laudatum oportuit,  
tam impudenter assentantes, ut ipsis etiam minis prodantur ri  
diculi, Quod multo ante tempore Theologus ille Germanus  
vaticinatus est.

Rotero-  
dam.

Barbari re- **Barbaros Reges.** Quos (authore Seneca) nulla eruditio,  
ges nullus literarum cultus imbuerat, Veteres barbaros vocabant,  
Barbarum quicquid erat peregrinum deinde vox deflecta est ad vocis ac  
sermonis absurditatem, offendit enim sermo peregrinus impe  
ratos, etiam si concinnior sit nostrae lingua. Postremo coepit  
Hellenes accommodari / & ad mores feros atq; asperos. Olim graeci il-  
li primi Hellenes dicti, caeteros omnes barbaros appellabant,

Homerus

Barbaro- **Homerus Caras ob peregrinum & absurdum linguae sonum Bar**  
phoni appellat. Et Ouidius apud Geras agens, Barba-  
rus ( inquit ) hic ego sum, quia non intelligor vlli. Et Plautus  
ait se vertisse barbaram graecam fabulam quam in latinum ser-  
monem transfulerat. Celebratur & Anacharsidis Sythae phi-  
losophi dictum. Scythas barbaros esse apud Athenienses, sed  
Athenienses vicissim apud Scythas. Porro quod legitur de

Ouidius  
Plautus

barbaris plus q̄ barbaram scriptum in commentarijs Aquina-  
tis super cap. 14. in priorem ad Corinthios D. Erasmo suspicio  
est ab alio quodam adiectum, qui studuerit illius libris hoscu-  
lorum non nihil aspergere. Alioqui quis credat talem virum de  
re, quam prorsus non intellexerit, tam arroganter pronunciare  
voluisse. Sed opere pretium fuerit ipsa verba subscribere, non  
ut rideat lector, sed ne posthac fidat huiusmodi magnificis in-  
terpretationibus, & in caeteris habeat suspectos, postea q̄  
prehenderit tanta autoritate pronunciantes de his que nesciunt.  
Nota, inquit, quod barbari scdm quosdam dicuntur illi, quo-  
rum idioma discordat omnino a latino. Alij vero dicunt, q̄  
quilibet extraneus est barbarus omni alij extraneo, quando  
scilicet non intelligitur ab eo. Sed hoc non est verum, quia se-  
cundum Isidorum Barbaria est specialis natio. Col. 3. In Chri-  
sto Iesu, non est barbarus & Scythas. Sed scdm quod verius di-  
citur Barbari dicuntur proprie illi, qui in virtute corporis vi-

Paulus

Annotatio  
Aquinas  
Erasmica

gent, in virtute rationis deficiunt, & sunt quasi extra leges, & sine regimine iuris. Et huic videtur consonare Aristoteles in politicis suis. Haec enus illius bellum annotamentum. Sed haec utcumque ridenti poterant, nisi tantum nugarum autores orbi christiano leges praescripsissent atque etiam praescriberent, nec desissent, qui horum auctoritatem pene parem esse velint Evangelii. Annotatio Erasmica ex cap. 14. in priorem ad Corinth.

Seneca

**Alexander.** Seneca. Dabo tibi ex Aristotelis sinu Regem Alexandrum qui Clitum charissimum sibi & vna educatum inter epulas transfodit manu sua &c. Huius Alexandri Philippo Macedone nati, & vitam & gesta innumerabiles pene graeci posteritati tradidere, e quibus plures nominat Raphael lib. 13. Liuius notauit vicia eius lib. 9. ab vrb. cond. Caetera Curtius. Alexandrum autem puerum adhuc traditum Aristoteli educandum/graeca testatur epistola/qua extat in noctibus Gellianis.

Alexander  
Philippi F.Volater.  
Liuius  
Curtius

Conqueritur siue de temporibus  
quibusdam: siue de natura.

**N**esciam ego qua via: quaue naturæ aut lege: aut mundi orbiculatione: rerumque periodis: aut diuersitate causarum male quidem inter se consentientium: in vnū tamen confluentium: nesciam inquā: quomodo id contingat: contingit tamen: vti sæculis quibusdā natura ipsa: perinde vt quandoque in corrumpeudas declinat: & tanquam ruit segetes ac fruges: monstrososque quosdam animalium foetus generandos: sic etiam ad homines: eosque primates viros in omnem rationis: humanæque consuetudinis abusum gignendos: nec ad abusum tantum rationis: verum etiam ad calamitatem: perniciem: excidiumque tum singula

m ij

De Immanitate.

tim: tum etiam vniuersim rerum publicarum: popu-  
lorum: ac regionum: nec vindicandis tantū ac-  
ceptis iniurijs: aut ambiendis honoribus: verum  
etiam ijs insectandis: excruciansq; a quibus ni-  
hil omnino iniuriatum acceperint: nihilq; profe-  
sus timendum ab eis sit. Perinde tamen vt coeno-  
sues: apriq; voluabris delectantur: sic hi ipsi male-  
ficijs: trucidationibus: immanissimisq; scelerib<sup>9</sup>.  
Satis constat Hannibalem: cum humano cruore  
fossam aliquando redundantem conspexisset: mi-  
rifice exhilaratum dixisse: O formosum specta-  
culum. Proditū est etiam memoria: Volesum Asiæ  
proconsulem sub diuo Augusto: cum trecentos  
vno die securi percussisset: in ambulante in-  
ter ipsa cadauera: prospectantemq; vultu q̄ maxi-  
me elato: æque ac dignum admiratione facinus  
peregisset: proclamasse ad astantes: O rem pro-  
fus regiã. Quod nam Cambyse rege: quod Dio-  
nylio ac Phalaride tyrannis: quod Caio: Nerone:  
ac Domitiano Augustis truculentius vnq; mon-  
strum natura ipsa genuit: Quæ nam sentina: que  
in q̄ sentina teterrimorū siue ducum: siue regum  
scatuit Gotorum tempestatibus: Vt nihil tam fee-  
dum iudicari possit: quod non illi pulchrum du-  
xerint: nihil tam facinosum: atrox: cruentum:  
quod non ad voluptatem referrent: ad ludum ac  
lasciuiam. Itaq; natura ipsa vt nonnunq; diuinos  
quosdam reges protulit: ac principes populorum:

Hannibal

Volesus

Tyranni  
Augusti

Goci

vt Traianos: Marcosq; in compendiū ac frugē hu  
 manæ societatis: sic aliqñ monstrosos quosdā in  
 pncipem ac desolationem ipsius hominū generis:  
 siue oblita materni officij: induensq; nouercæ ha-  
 bitū: siue ex dei optimi maximi constitutōe ac p-  
 uidentia: cuius nobis consilia sint ignota.

Traiani  
 Marci

De qbusdam immanibus ducibus.

**E** Adem simul tempestate nobis pueris rebus  
 in bellicis duces tres eminere: insigni tñ  
 crudelitate seu immanitate potius nobiles:

Nicolaus Fortibrachius: Antonius Pontadera: &

Riccus Monteclarius. E qbus Nicolaus pene la-

Nicolaus  
 Fortibra-  
 chius

teri suo coniunctū vbiq; mutū quendā hominem

secū ducebat: honeratū funibus ac capistris. Itaq;

vt quem suspendio destinasset siue meritū: siue im-

meritū pro odio ac libidine: factū illū obuiā nutu

indicabat: conuersusq; ipse post ad mutū: pclinat-

to in vncū digito nasum sibi contingebat. quo si-

gno accepto: confestim mutus iniecto in illū capi-

stro: proximo cuiq; vel trunco eum: vel arbuscule

exanimandū suspendebat. ludicabatq; ignauus

dies: qui sine suspendio præterisset. Antonius q;

Ant. Pontade-  
 rera

in Pannonia hoc est Hungaria diutius exercuisset

militiā: Pannonio incinctus gladio: vbi quem uel

ira: vel odio pditurus erat: illū ex improviso: eodē

stricto adoriebat. Eratq; illi ludus hīc quasi quidā

in quo se se pene quotidianus exercebat. At Ricci-

Riccus Mō  
 teclarius

us in eodem crudelitaris gñe adhibebat etiā co-



De Immanitate.

mitatem. quem em̄ decreuisset enecare: blande ad modū salutari inuitabat eum ad pocula: pcontabaturq; quot secū aut placentulæ buccellas: aut forbillationes assumpturus esset: repenteq; in ijs nugis: totidem illum vulneribus ad terrā dabat. Erat igitur tribus his sanguinolentia nimirū lusus quidam: exercitatioq; voluptaria.

SCHOLIA.

- Sues **Ut sues coeno.** Refertur a diuo Petro adagium, quo indicamus iterari flagitia. Pete Chiliades Erasimicas.
- Apri **Apri volutabris delectantur.** Idem significat, Sunt volutabra loca in quibus se apri volu. ant. vt Seruius dicit super hoc Poetæ versu. Seruius  
Sæpe volutabris pulsos syluestribus apros  
Latratuturbabisagens. Lib. 3. georg.
- Hannibal **Hannibalem.** Huius ingentes virtutes, quæ meminit Liuius statim in initio lib. secundi belli punici, ingentia vitia equabant, inhumana crudelitas, p̄fidia plusq; punica, nihil p̄i, nihil sancti, nullius dei metus, nullū iusiurandū, nulla religio. Liuius
- O formosum spectaculum.** Ex Seneca, qui addit Quæto pulchrius illi visum esset, si flumen aliquod lacūq; completet. Quale postea vidit & circa Trasimenū, & circa Cannas, & nouissime circa Carthaginem suam. Seneca
- Proditum est memoriæ.** Ab eodem Seneca li. de ira. 2. Proclamasse. Et græce qdem, vt apud iſm Senecā legim⁹
- Goti **Gotorum tempestatibus.** Hi quorundā supputatōe reuerunt Italiā ab initio regni Theoderici annos. 72. Sed quid gesserint hi in Italia ex Procopio, & quid extra Italiā ex Agathius Agathius
- Fr. Irenicus **Franciscus Irenicus Germanus de Germania optime meritus Gotos Germanos fuisse probat, Qui stabio nostro præter doctrinā viro integerrimo ea p̄stitisse visus est, quæ multi voluere, pauci potuere. Nempe quod magnus ille literarū antistes, nostriq; sæculi decus de eo pronunciauit Bilibaldus.** Stabius Birkheymer

Traianus. Vlpus Nerva Traianus genere Hispanus, & si  
 Christiano nomini infestus, utilis tamen fuit Ro. Imperio, ni  
 hil ferunt egisse vnq̄, aut cogitasse, qd̄ ad cōmunem usum nō  
 p̄tineret, Et (vt breuiter dicā) talem egit principem, quo p̄o  
 stea institutū est, vt in nouorū principū creatione ad Iustiniā  
 ni vsq̄ tempora acclamari sit solitū. Felicior Augusto, Tra  
 iano melior, Sublato Traiano Imperiū assecutus est Ælius Trai  
 ianus Hadrianus, hic & in cōcione & in senatu sæpe dixit, Ita  
 se remp. gesturū, vt sciret populi rem esse nō priuatā. Præter  
 Traianos Impatores legimus alterū Traianū patriciū sub Iu  
 stiniano Impatore, qui cronica scripsit cōpendia admodū pro  
 bata, fidē orthodoxā securus autores Volater. & Cataneus,  
 Marcosq̄. M. Antoninus Pius ex Adriani decessu Imperiū  
 adeptus mirā in omnibus p̄buit æquitatem, nullus vnq̄ prin  
 cipū per omne Imperij t̄ps, ita omnibus fuit gratus. Dicit̄ ma  
 ioris Africani illud semp̄ in ore habuisse. Malle se ciuem unū  
 seruare q̄ mille hostes p̄dere. Hunc secutus est M. Antoninus  
 phus. qui virtutem nullā nō magnope exercuit, de q̄ plura He  
 rod. & Capitol. Felicissimus certe princeps, nisi heredem cō  
 modū reliquisset Caligulæ Neronisq̄ similimū, quin eis etiā  
 libidine, auaritia, & crudelitate antefereudū.

Vlpus Net  
uaÆlius Traia  
nus Hadria  
nus.  
Traianus  
patriciusM. Antoni  
nus PiusM. Antoni.  
philosophusHerodia  
nus  
Capitol  
nus

Immanitatem vbiq̄ execrabilem esse.

**I**Taq̄ neq̄ apud extremas natōes: neq̄ apud  
 gentes q̄uis barbaras q̄dem atq̄ incultas non  
 immanitas ipsa atq̄ efferatio ostentui est: mō  
 strosiq̄ partus habet loco: nō eam execrant oēs:  
 vt hominū generi maxime inutilem: vt singulis:  
 ac maxime bonis q̄busq̄ exitabilem: vt dñs deni  
 q̄ ipsis infestā: ipsiq̄ naturæ odibilem: ac suo q̄q̄  
 t̄pe: suis etiā cruciatibus ac p̄cnis ab ñsdem p̄se  
 quendā. Quod exitus tandem ipsi: rerūq̄ cōuer  
 siones declarant: illorū insignes calamitatibus: qui  
 immanitatem exercuerunt: iustissimisq̄ eorū nobi  
 m iij

David

De Immanitate.

litate supplicij. Ut postremo irasci Deū sit cōm-  
pertum: meritoq; ppheta ille maximus: plorabū-  
dus ac tremens domini furorem extimeat: excan-  
descendentemq; punitionem.

SCHOLIA.

Ut postremo. Iuxta vulgatum Valerij dictum. Lento gra-  
du ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemq; suppli-  
cij grauitate compensat.

Irasci compertum est. Hoc dicit, quia plurimi existima-  
runt nō irasci Deū, qm̄ vel benefica sit tantūmodo natura di-  
uina, nec cuiq; nocere p̄stantissimæ atq; optimæ cōgruat pote-  
stati, vel certe nihil curet omnino, ut neq; ex beneficentia eius  
quicq; boni pueniat ad nos, neq; ex maleficentia quicq; mali,  
Quorū errorem, quia maximus est, & ad euerendū vitæ hu-  
manæ statū spectat, coarguit Christianus Cicerō volumine  
huic rei priuatim dicato.

Propheta ille maximus. David post adulterium & ne-  
cem Uriæ aliq; cōmissa collachrimans illud orauit. Dñe ne  
in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me.

Humanitati studendum esse.

**Q**uo igitur hæc ipsa pestis execrabilior est:  
ipsiq; hominū generi magis exitiabilis: eo  
studiosius colenda est humanitas: ac ci-  
uilibus vitæ studium: colendæ artes liberales: huma-  
næ societatis & ornamenta & vincula. Excolēdus  
animus moribus tum ciuilibus: tum rerū p̄clarissi-  
marū cognitione atq; scientia. Cū primisq; oculi  
in cœlū sustollendi: considerandūq; quid summo  
illi & optimo rerū omniū parenti ac rectori sit p̄-  
cipue placiturū: quibusq; potissimū artibus cœli-

Oculi in cœ-  
lum sustol-  
lendi,

tibus ipsis similes esse possimus. Erimus autem eorum maxime similes: si quae maxime a ferarum naturis recesserimus: domitisque qui illarum proprii sunt affectibus: si rationi nos adiunxerimus. quam secuti & reliquis animantibus cum excellentia impabimus: & caelites ad ipsos quam proxime accedemus.

## SCHOLIA.

Oculi in caelum sustollendi. Cum statuisset deus ex omnibus animalibus solum hominem facere coelestem, caetera uniuersa terrena hunc ad caeli contemplationem rigidum erexit, bipedemque constituit, scilicet ut eadem spectaret, unde illi origo est, illa vero depressit ad terram, ut quia nulla his immortalitatis expectatio est, toto corpore in humum prostrata, ventri, pabuloque seruirent, quae poeta nobilissimus his versibus complexus est.

Quidius Pronaque quum spectent animalia caetera terram.

Os homini sublime dedit, caelumque videre, iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Cicero

Sic Cicero in legibus. Cum caetera animantia abiecisset ad partem, solum hominem erexit ad caeli cognitionem. Idem lib. naturae diuinae. 2. Ad hanc inquit prudentiam naturae tam diligentem, tamque solertem adhaerere multa possunt ex quibus intelligat, quae res hominibus a deo quamque eximiae tributae sunt, qui primum eos humo excitatos coelestes & rectos constituit, ut deorum cognitionem caelum intuentes capere possent. Sunt enim ex terra homines, non ut incolae, & habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque caelestium quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet.

Coelites ipsis. Ecclesiastici sanctos vocat. Si imbecilliores sumus quam ut eos imitemur saltem ne committamus, ut ethnici in hoc stadio videantur praecurrere, Quorum plerique, quum neque Deum nossent quem vererent, neque inferos crederent quos formidarent, tamen ipsa per se turpitudinem modis omnibus fugienda esse homini censuerunt, a deo ut nonnulli maluerint, fama, re, vitae denique iacturam facere, quam ab honesto discedere.

Coelites

De Immanitate.  
Laudes literarum ac studiorum  
humanitatis.

**T**Vvero Hieronyme Carbo sic habeto ( cui  
opinione ne Eremita quidem Aegidius & e-  
ruditus & sanctum virum refragaturum intelli-  
ges bonarum literarum studia omnium virtutum omnium e-  
ruditionem secum habere copulata: Nullam vero par-  
tem laudabiliorem: rebusque magis hominum con-  
ducentem: quam quae ad humanitatem spectet: totaque  
in mitigandis versetur affectibus: animisque civili  
mansuetudine componendis: Nihilque tam confer-  
re ad agrestem illam: indignaque homine atrocita-  
tem domitandam: exuendamque feritatem: quam lite-  
ras: easque maxime: quae ab humanitate cognomen  
meruerunt.

SCHOLIA.

Humanitatis  
studiosi  
Gellius

Quae ab humanitate cognomen meruerunt. Quas ar-  
tes qui sinceriter appetunt, hi auctore Gellio ab antiquitate di-  
ctae sunt humanissimi, eo quod vni omnium animantium ho-  
mini huius scientiae cura & disciplina demandata est. At qui  
humanitatis nomen leue atque etiam probrosum esse putant, ne-  
sciunt humanitatis studia esse rudimenta, atque incunabula uir-  
tutis, quibus iuuenum animi ad verae gloriae cupiditatem alun-  
tur, haec eadem esse potentissima vitae retinacula, aut in rebus  
aduersis, aut infirma valetudine hoc vnum optimum esse aerum  
narum condimentum. Caeterae res neque temporum sunt, neque  
aetatum omnium, neque locorum, Humanitatis studia adole-  
scentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, ad-  
uersis per fugium ac solacium praebent, delectant domi, non im-  
pediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticant.  
Haec denique in senectute animum tanquam emeritis stipendium

Fol. XLVII.

ambitionis, contentionum, cupiditatum, voluptatum, receptui  
canere hortantur, omnium rerum securum secum (vt dicitur)  
viuere cogunt. Ad hæc studia vocat diuus Basilius adulescen-  
tulos, quos ad Christianos mores instituit, & ad Musas reuo-  
cat licentium suum Augustinus. Neq; poenitet adamatæ ca-  
pitiuæ Hieronymum. Laudatur Cyprianus quod Ægyptijs spo-  
lijs templum domini locupletarit. Neq; Erasmus ille impro-  
bat præludere in literis poetarum & philosophorum gentiliū  
quod vegetent puerile ingenium, atq; ad diuinarum scriptura-  
rum cognitionem mire præparent, modo modice ac per æta-  
tem quis eas attingat, & quasi in transcurso arripiat, nō autem  
immoretur & veluti ad scopulos syreneos consenscat, & cum  
gentilium literis gentiliū & mores hauriat.

Basilius  
Augustinus  
Cyprianus  
Roteroda,

Augustæ Vindelicoꝝ in officina  
Sigismundi Grim Medicinæ do-  
ctoris, ac Marci Vuirsung  
excusa. Anno a partu  
virgineo. M. D.  
XIX. decimo  
quarto cal.  
Nouē.

